This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

617

Ch34a

Este tiene las estampas de los instrumentos que no tiene el de octavo, y aqueste carece del libro sexto, que tiene el otro, con 9. amos son necesarios.

617
Ch34

ENCHIRIDION

CHIRVRGICVM, EXTERNORVM MORBORVM REmedia, tum vniuersalia tum particularia breuissimè complectens:

Quibus morbi Venerei curandi methodus probatissima accessit,

vnà cum instrumentorum & ferramentorum delineatione.

Authore Antonio Chalmetæo Vergesaco, apud Anicienses chirurgo diligentissimo.

No escrivio mas este Autor

LVGDVNI,
APVD GVLIEL. ROVILLIVM
SVB SCVTO VENETO.

1570.

ELENCHVS LIBRORVM.

Primus, tumorum præter nat.
Secundus, vulnerum,
Tertius, vlcerum,
} *Vniuersalem & particularem curationem continet.*

Quartus, fractorum & luxatorum curationem tradit.

Quintus, luem Veneream appositis remediis persanat.

CLARISS. PIISSIMOQVE ABBATI PIPERACI D. suo, D. Iacobo Rostano, Antonius Chalmeteus Vergesacus Chirurgus S. D.

QVando meũ essem de re Chirurgica libellũ (qualis qualis est) magis familiariũ & seduli typographi rogatu, quàm ductu meo in lucẽ emissurus (Antistes ornatiss.) tu primus occurrebas eo munere dignus: cùm ob auitã multis admirabilem, tum ob singularẽ animi tui virtutem, qua maiorũ perennem memoriam amplissimè cumulasti. Vt te olim fratrius iudex delegatus sapientissimus, hac tempe-

ſtate nepotes iucundiſsimi & clariſsimi (quorum hortatibus Anicium cõpluribus beneficiis ab eiſdem ornatus, imprimis appuli) tanquam virtutis tuæ æmuli, paſsim imitãtur. Sed non vt leuidenſe munus à me proficiſci, ſic à te ipſo recipi debet. Sum nãque mihi, meæ ingenij tenuitatis ſatis conſcius, in hac præſertim tanta ſcriptorum huius ætatis admiranda copia. A quibus tam ſolerter támque elimatè in publicum emittuntur omnia, vt minorum gentiũ ſcripta obſcurare atq; adeò obtegere videantur. Quod me cunctabundum diutius retinuit. Accedebat tua natalíúmque tuorum claritas, eo loco ſita, vt ſe quibuſcumque clariſsimis ſpectãdam præbeat, atq; imitandam: quam in paucis tantuli ingenij ſcriptis & opere nominari fuerit diſſentaneũ, atque meritò reprehendendum

dendum. Verùm vt nullũ eſt opus ex omni parte beatum, in quo aliquid deſiderari, poſteritatis cenſuræ & iudicio relinquendum, nequeat: ita excellẽtiſsimorum virorum ingenia: quantacũque fuerint, apprimè perſpectum habent ſeſe inferiorum gentium captui quantumuis exiguo eſſe accommodanda. Vt Xerxes ille aquam manibus hauſtam à tenuioris fortunæ homine libenter accepit: animo largitoris amplius, quàm precio munuſculum penſitans. Quod cùm te talem apud animum induxiſſem meum, (Abbas digniſſ.) nihil dubitaui has breues vigilias, quas olim ſub præceptoribus non pœnitendis didicera, & poſtmodum longa ac diligenti obſeruatione, non ſine huius lucis (abſit iactantia verbo) multorum vſura probatas: tuo nomini nuncupare atq; conſecrare. Adeò

vt quicquid acceſsionis mortalibus inde factum ſit, tuum eſto, tibi debeatur, ac proinde feratur acceptum. Quod ſi quid in his eruditorum aures offenderit, in meo ſit ære poſitum, tanquam veri poſſeſſoris nominibus adſcribendum. Quare ſi hũc eo animo (quod ſemper credidi) quo tibi offertur libellum ſuſceperis, me tuæ tuorúmque benignitati multis officiis deuinctum, deuinctiorem in perpetuum reddes. Vale diu felix, Antiſtitum gloria. Anicij, Calend. Ianuarij.

1560.

A. CHALMETEVS VERGESACVS CHIrurgus, Candido Lectori S.

CVM bonã primæ ætatis meæ partem in humaniorum literarum studijs, postea medicinæ ac præsertim chirurgiæ consumpsissem, atque intellexissem, ex Galeni sententia, Omnes ingenuas artes, partim ratione, partim experientia comparari: existimaui, mihi tandem cum doctissimis & exercitatissimis chirurgis esse etiam versandum, vt non modò artis theoriam, verùm & praxim possem adipisci. Cœpi verò, posteaquam plerisque in locis chirurgiæ magistris inseruissem tacitus apud me cogitare, quàm inutile ac laboriosum (ne dicam miserum) semper discurrere & passim vagari: ac tandem mihi locum aliquem esse delegendum, in quo ætatis meæ reliquum transigerem, ac tunc Reipublicæ inseruiens, victum ex re chirurgica honestè mihi conquirerem. Amicorum itaque & doctorum

medicorum consilio: me in natale solum, aëremque mihi familiarem recepi. Quòd aliis locis fuissem ferè valetudinarius: mihi denique iam magis incolumi, magísque prospera valetudine quàm antea perfruenti, in mentem subiit, nihil magis profuturum, quàm si hac valetudine, quantulacunque erat, intermissa studia repeterem, tum vt memoriam fidelius confirmarem, tum vt obliuioſæ senectuti consulerẽ, eámque labore ex aliqua parte leuarem. Proinde chartulas laceras & velut Sybyllæ folia, huc illúcq; dispersas, colligo ac libellum velut Enchiridion quoddam Chirurgicum, ex artificiosis remediis, siue ex Græcis, siue Latinis, siue Arabibus practicis congestis, conficio: nihil eorum prætermittens, quæ Monspessuli sub doctoribus eruditissimis, D. Guilelmo Rondelletio, D. Antonio Saporta, acerrimi iudicij viríque humanissimis, & M. Gulielmo Lotherio Chirurgo exercitatissimo, didiceram. Quibus præceptoribus sum humanissimè vsus. Denique nihil eorum quæ Lutetiæ, sub peritissimo D. Iacobo Syluio aliísque in arte medica maximè versatis, annis superioribus, hauseram. Quibus etiam nostras obseruationes adiecimus, & multa quæ felici successu fueramus experti. Omnia autem in eum ordinem redacta, quem existimarem mihi fore valde familiarem. Neque enim ea collegeram vt aliquando prodirent in lucem, aut emitterentur

tur (vel conſcientia teſte) Siquidem, non me fugit quantis ſit naturæ ingeniique viribus ad ſcribendum feliciter opus: Quámque eos multarum rerum ſcientia, vſu & exercitatione inſtructos eſſe oporteat, qui aliquid in lucem edunt, hoc maximè ſeculo, in quo doctiſſimorum tot centuriæ florent ac debitam retinent dignitatem. Ea verò quàm ſint in me exigua planiſſimè perſpexi. Et quanquã eruditione, doctrina, ſcribẽdi facultate, plurimũ poſſem, innumeri tamen ſunt primæ notæ viri, quorum alij, ſuperiore ætate de re Chirurgica, alij, noſtro quoque ſeculo feliciſſimè ſcripſerunt. Vt iam nihil ſit noſtris laboribus opus. Cùm tam ingens ſit egregiorum in hac facultate librorum copia, perexiguus verò chirurgorũ numerus, qui diſertorum voluminibus delectentur: quique vel minimam in bonis literis operam collocent, adeò vt iam claſſicorum hominum libri & Græcè & Latinè deſcripti, nõ ſine magno dedecore & tot mortaliũ iniuria, apud multos vileſcant. Quorũ alij impudenter affirmãt, nihil eſſe idiomatis neq; Græci neq; Latini cognitione opus: Cùm propemodũ quæcunq; ad hanc artem pertinere videntur, ſint iam Gallico donata: Non animaduertentes aliam atque aliam eſſe idiomatum phraſin, vt multiplex eſt quoque dialectus. Nam permulta artis vocabula ac dogmata, aliam vim & dignitatem Gallicè atque Latinè ſi conuertantur retinent, vt

difficilius intelligantur, quàm illis linguis quibus ipsæ disciplinæ primùm institutæ, atque traditæ fuerunt, adeò vt longa sit interpretibus verborum periphrasis necessaria. Alij multo miserabiliores, qui nec legere quidem norunt, existimantes satis esse chirurgis si bonis disciplinis omnino despectis, venam vtcunque secare, aut vnguenta, cataplasmata, emplastra (quorum vires prorsus ignorent) posßint admouere. Cùm interea musculos, tendones & neruos, magno sæpe numero ægrotantium detrimento transuersim secent, phlegmonem, loco œdematis: cancrum pro simplici inflammatione: lepram pro lue venerea, & vlcus virulentum pro sordido ac putri, curanda suscipiant: multorum sæpe membrorum actiones labefactent, multos morbos incurabiles reddant. Denique mortales miris modis & impunè quidem, afficiant, discrucient ac tandem enecent. Quos, quis non dicat dignißimos, qui æquißimorum iudicum sententia, seuißimis supplicijs, plectantur? Sed, vt vnde est profecta, eò tandem refluat oratio, memoratis antea causis adductus atque persuasus, plurimos huius ætatis doctißimos viros imitari constitueram, quibus, sibi musisque canere præstat, quàm in opere, quod vel negligatur, vel cuius eos aliquando pœniteat, bonas horas malè collocare. Mihi igitur hoc Enchiridion collegeram, vt cùm foras proficiscì cogerer ad ægros inuisendos, non esset

magna

magna librorum ſarcina opus. Sed medicamenta ſtatim occurrerent, quibus morbi tutò profligarentur. Morborum cauſas, ſigna, iudicia, de induſtria prætermiſerã: quòd me in iis putarem vtcunque exercitatum. Neque facilè fieri poſſe confidebam, vt aliquando mihi iſtorum memoria excideret. Quod equidem omnibus, qui hanc ſunt artem profeſſuri, ſuaſerim: Vt primùm ſe præceptis artis diligenter addicant: Deinde ſic parati ad remediorum inuentionem accedant, & eorum velut ſyluã quandam, ſibi comparent & omni conatu indipiſcantur. Cùmque meum eſſet inſtitutum, non librum in publicum emittere, ſed quaſi tenue quoddã promptuariũ, mihi congerere, mecum quouis circunferẽdum. Quidã, ex iſtis aduẽtoribus, clàm mihi libellũ ſurripuit, ac typographo dedit imprimendum. Aliquot autem exactis diebus, cùm diligentiſſimè libellum conquirerem, à plagiario ſurreptum & in typographi manus iamiam excudendum comperi. Ne viuam, ſi maiore vnquam animi anxietate preſſus fuerim. Hîc typographus meum eſſe abnegauit, neque vnquam ex eius manibus extorquere potui, quin ſim iureiurando pollicitus me in lucem libellum propediem editurum. Vtq; promiſſis ſtarem, ac typographo datæ fidei ſatisfacerem, iterum euoluere, ac emendare omniáq; in meliorem ordinẽ redigere decreui. Sed cùm ipſum, tum propter occupationes, tũ valetudi-

tudinẽ (qua nunc quoque vtor) aduersam, vix, ac ne vix quidem, præstare possem, Adamo Fontano Doctori Medico, in omni disciplinarum genere versatißimo, tradidi : cuius opera maiori sermonis puritate est donatus. Cuius etiam suasu, typographo fidem datam præstiti. Sed dolet quod nonũ non prematur in annum: ex præcepto Horatiano. Namq; temporis diuturnitate accessißent si non meliora, certè emendatiora omnia. Venit etenim mihi in mentem eius prouerbij, Canis festinans cæcos parit catulos. Poteram libellum breuius contrahere, atque compendioßorem efficere, si antidotarium (quod vocant) scripßißem : in quo medicamentorum vnumquemque humorem vacuantium, repellentium, discutientium & aliorum particularia capita tractaßem : ac postea in singulorum curationibus, ad ea tanquam ad fontes lectorem remißißem, malui tamen huiusmodi medicamentorum in singulis capitibus nonnihil attingere ac per totum opus spargere atque interserere, vt continua lectione, expreßiora & aßidua repetitione, cuncta magis familiaria euaderent. Quanquam quæ de medicamentis tum humores præparãtibus, tũ eos educẽtibus ac purgantibus tradidi, non eo animo eóve instituto feci, vt chirurgi medicorum munere fungerentur: quorum interest, singulis ad amußim æstimatis, medicamenta magna cum cautione præscribere. Neque etiam

etiam ea sunt satis fusè explanata, vt illis citra metum audentius vtantur, sed vt in medicorum absentia (ad quos tota res hæc venit referenda) chirurgi aliquid in salutem ægrotantium meliri aliquando fidelius queant.

Accipe igitur (lector benevole) hoc nostrum qualecunque est, opusculum æquo animo, quo & conscriptū est & concinnatum. Quod si tibi probari iucundúmque fore cognovero, cœptum opus elimatius reddere & quod deest suis numeris absoluere, enitemur. Vale. Anicij, Calendis Ianuarij.

TVM

TVMORVM PRAETER NATVRAM IN vniuerſum curatio.

CAPVT PRIMVM.

Ompendiariam ac breuem omniũ præter naturam tumorum, dum ex humorũ in partem aliquam influxu generantur, curandi methodum, paucis ſi quis habere deſiderat, atque experit, geminus cum Galeno 13. methodi, mihi videtur curandi ſcopus: alter quidem cohibendi, quod in partẽ plus ſatis illabitur, alter verò vacuandi, quod iam illapſum eſt, atque influxit. Fluxionem certè cohibemus, tum omnium reuulſionis genere, tum repellentibus, tum partem confirmantibus, eiũsque temperiem cõſeruantibus medicamentis. Quod autem iam influxit, partim aſtringentibus, partim diſcutientibus, ac reſoluẽtibus vacuamus: aſtringẽtibus quidem, cùm humor eſt tenuis, necdum

necdum impactus: discutientibus verò cùm vel crassus est, vel iam impactus. Itaque defluxio si iam cessauerit, vnicus erit tumoris curandi scopus, nimirum in conuenienti debitóque medicamentorum discutientium vsu. Ea sanè tumorum omniũ curãdorũ methodus est vniuersalis: quia tamen particularia magis afficiunt, atque delectant, magísque tyrones ac candidatos adiuuant: particulatim singulorum tumorum curandorum rationem paucis persequemur.

Phlegmones curandæ ratio, quatuor habet scopos. Primus in cõuenienti victu præscribẽdo consistit: qui circa debitum sex rerũ, quas nõ naturales solẽt appellare, vsum versatur. In hoc itaque affectu aërẽ syncerũ & clarũ, atq; frigidũ deligito: victũ frigidũ, ac paululũ exiccantem, quíq; sanguinis pusillũ gignat obseruato. Igitur vel vino oligophoro vtitor, vel quod magis probandũ, ob febrem abstemius esto: Ab ouorũ virellis, frequenti iuris carniũ & earũ vsu abstineto, aut iis parcè vtitor. Partem affectã nullo modo exercitato: in somno & vigiliis mediocritatem teneto. Somnum diurnum tanquam noxium effugito. Aluus semper mollis esto, vel eam clysteribus

ribus cieto : Iram, clamorem & contentionem vitato, ab vſu Veneris omníque coitu tanquam ab hoſte infeſtiſſimo te ſubducito. Secundus ſcopus expetit, vt humorẽ cohibeamus. Id autem fiet, tum reuellendo, tũ repellendo. Statim itaque venam parris oppoſitæ ſecabis : ſeruata tamen Galeni rectitudine, modò adſint mirtẽdi ſanguinis ſcopi. Num verò longiùs à loco affecto, num propiùs vena ſecanda, te eiuſdẽ aperiendæ docebit intentio. Nã vbi plethoricum corpus tum ad enacuationẽ, tum ad reuulſionẽ longius venã reſerato : cùm verò plethora quidem nõ adeſt, veruntamen reformidas morbi vehementiam ob cauſæ magnitudinẽ, vel morbus iã eſt in augmento, ad reuulſionem quidem ne tam lõgè ab affectu venam ſecato: denique quando ſtatus appetit, proximè locum ſi fieri poteſt venam aperito. Ante phlebotomiam, niſi aluus fluat liberrimè, ad communes fæces deiiciendas, vel clyſtere, vel bolo, vel potu erit ſubducenda.

Clyſter molliens.

R. altheæ totius & maluæ, atriplicis, violariæ parietariæ, brancæ vrſinæ, lactucæ ſingulorum m̃. j. quatuor ſeminum frig. maiorum contuſorum, ſing.

ʒ. iij. ſeminis aniſi & fœniculi ſing. ʒ. j. prunorum dulc. par. vj. florum viol. bug. & nymph. ſing. pug. j. fiat decoctio, cape de colat. lib. j. s. in qua diſſolue caſſiæ ʒ. j. cathol. ʒ. s. ſacc. & mellis roſ. col. ſingul. quarrum s. olei vio. ʒ. s. iij. ſalis tãtillum: miſce & iniiciatur clyſter longè à paſtu. aut,

Bolum ex caſſiæ ʒ. j. cum ſaccharo: vel ex caſſiæ & cathol. ſing. s. ʒ. cum ſacc. bolum exhibeto: vel potum ex iiſdem in aqua endiuiæ, vel iure pulli diſſolutis propinato: vel ex rhabar. electi ʒ. j. & cinamomi granis iiij. in aquæ end. ʒ. iiij. infuſorum & expreſſorum cum ſyrupi viol. vel roſac. ſolutiui ʒ. j. Vena verò ſi minimè tibi ſecanda videtur, ſaltem ad reuulſionem cucurbitulis vtitor: parteis omnino oppoſitas arctiſſimè vincito, vehementer fricato, eáſque aliqua decoctione calenti foueto. Porrò ſi ægrum cacochymum deprehenderis, pro cacochymiæ natura humores coquito ac præparato, eóſque conuenienti cathartico educito: meatus tamen (ne fluxio augeatur) immodicè ne reſerato. Præſertim verò hoc in affectu bilis purganda videtur, tum ob fluxum, tum ob febrem coniunctam: ſic enim tenuior

pars ſanguinis abit in bilem quæ fluxionem adaugeat: eius autem purgandæ formam in eryſipelate præſcribemus. Fluxionem quoque cohibebimus repellentibus: vnde initiò fluxionis, niſi materia venenata, vel admodum craſſa, vel critica (quæ rarò cùm eſt vera plegmone, accidũt) vel in emunctorio ſeu adenoſis partibus refrigerãtibus & ſtypticis, humorem regeremus ac repellemus. In quem vſum vſurpabimus ouorum albumina, oxycratum, ſuccos aut aquas ſtillatitias ſemperuiui, lactucæ, portulacæ, lenticulæ, aquæ plantaginis, ſolani, polygoni, equiſeti, virgæ ac burſæ paſtoriæ, vmbilici veneris, intibi, trifolij, pſyllij, auriculæ muris, oxalidis (acetoſam vocant) omphacij, rhois, capreolorum vitis, ſummitatum rubi. Hùc ſunt referenda folia, extremitates & fructus ſorborum, meſpilorum, cornorum, pyraſtrorum, cydoniorum, myrtorum, quercus, cupreſſi, cytinus, balauſtia, malicorium, acacia, bolus armena, terra ſigillata. Et vbi acrior eſt inflammatio, miſceri poterunt ſucci papaueris, hyoſcyami & pomi mandragoræ. Cõferunt quoque olea viol. roſ. myrtil. cydon. nymp. de pap. cum aquis aut ſuccis & aceto:

ſed

sed cauendum ne solùm oleum applicatum feruorem augeat, vt ferè fit in magnis inflammationibus. Ex iis autem omnibus sequentes formulas conficies,

R. succorum semperuiui, plantag. solani, lenticulæ aquæ, singul. quart. j. aceti ʒ. j. olei ros. vel nymph. ʒ. j. s. far. hord. ʒ. ij. coquantur in formam pultis, aceti loco, vino austero vti poteris. Si malicorij & rhois in puluerem redactorum addideris sing. ʒ. j. cataplasma conficies.

vel,

R. santali albi & rub. singul ʒ. s. seminis pap. cornuti ʒ. ij. cimoliæ, boli arm. sing. ʒ. j. succorum solani, semperuiui & lactucæ, singu. quantum sufficit, fiat forma linimenti.

vel,

R. olei ros. ʒ. ij. aquæ ros. vel viol. vel lact. vel solani vel portul. ʒ. iiij. ouorum albumina ij. vel oua integra, permisceãtur, & agitentur simul, & ex mixtione affectus liniatur.

Tertius scopus docet materiei iam coniunctæ atque impactæ habendã esse curam. ea siquidem vacuationem expostulat. Itaque in incremento geminus est curandi scopus: alter in repellendo, ob materiam influentem, alter in discutiendo, ob materiam parti inhærentem.

Discutientia & resolventia.

Discutientia mitiora sunt aqua calida, vinum giluum ac tenue, panis furfuraceus fermentatus, adeps suillus, gallinaceus, anserinus, anatinus, oleū vetus, oleum chamæm. & anethinū, lana sordida, butyrū, furfur, hordeū, lentes, althea, malua agrestis, cham. melil. parietaria, absynthium, brassica, caricæ pingues.

Valentiora sunt farinæ seminis lini, fœnig. lupinorū, orobi: adipes taurinus, vrsinus, leoninus: Olea, laurinum, rutaceum, irinum, sicyonium, nucū: Radices ireos, aristol. rotundæ, bryoniæ, gentianæ, folia hyssopi, maioranæ, saluiæ, rutę, abrotani, pulegij, calamenti, origani: semina anisi, fœnic. anethi, dauci, carui: flores sambuci & anthos, ammoniacū, bdellium, galbanum, opopanax. Sed in tumoribus calidis mitiora frequentiùs vsurpanda. In incremento discutientia cum astringētibus, sub sequentibus formulis miscebimus.

Recip. farinæ seminis lini ʒ.j.s. farinæ hord. ʒ.ij. florum cham. pug. j. rosarū. rub. ʒ.iij. fol. & baccarum myrti singul. ʒ j.s. coquātur in aceto ad eius consumptionem, terantur addendo pingued. gail. ʒ. iiij. olei rosacei & chamæm. singul. ʒ.ij. fiat

fiat cataplasma. aut,

R.fol.altheæ,maluæ, absynthij singu. m.s.florum nymp.& ros.rub.sing.pug.j. farinæ hord.ʒ.iij.pinsantur:deinde adde olei chamæm. & rosacei singul.ʒ. iij. & fiat cataplasma.

Potes adiũgere furfur,anethum,chamæm.ouorum vitellos, axungiam gall. eóque vti proximè statim, ad repellendum,discutiendum & dolorem leniendum. aut,

R.aquæ rosarum quartum s. passi vel œnomelitis (vinum mellitum vocant) quartũ j.croci,ʒ.ij.bulliant tantillũ tem poris & applicentur.In summo tumoris vigore valentiùs discutiendum,miscendúmque nonnihil refrigerantium & repellentiũ, potissimùm si omnino fluxio non constiterit(quanquam propriè status non est dicendus nisi fluxio cõsistat) aut cùm ob dolorem noua timetur defluxio.In statu formulæ topicorum obseruandæ.

R.panis triticei in aqua tepida macerati ℔.j. maluæ m̃.j. ros. pugil.ij. subigantur,& fiat cataplasma. vel,

R.maluæ,parietariæ sing.m̃.j.s.anethi & fœnugr.singu.ʒ.s.florum chamæm.& melil. singul.pugil.j. furfuris pugil.j. s.

coquantur in vino auſtero, & ſubigantur cũ olei chamæ. ʒ.iij. fiat cataplaſma.

Quando iam declinat affectus, ad vehementiora eſt accedendum, ita tamen vt immoderatè calida non ſint, ne noua ſuboriatur defluxio.

Ex ſuperioribus autem medicamentis proſunt formulæ ſequentes.

R. farinę ſeminis lini & fœnugr. ʒ.iij. farinæ orobi ʒ.j. florum chamęm. melil. ſambuci ſing. pug. s. roſ. rub. ʒ.ij. florum anethi ℈.iiij. pulueris iridis florẽt. ʒ.s. coquãtur in vino mulſo, vel apij ſucco: dein miſce amurcæ, olei de lilio ʒ.iiij. olei viol. ʒ.ij. fiátque cataplaſma. aliud.

R. radicis altheæ. l.j. rad. lilij ʒ.iiij. florum chamęm. melil. ſing. pug. s. furfuris pug. j. coquantur, pinſantur, cribro traiiciãtur: poſtea miſce olei chamęm. anethini, lilij, & roſ. ſing. ʒ.ij. medullæ cruris vituli & bouis, pingued. gallinę ſing. ʒ.j. ceræ albę ʒ.j. s. pomorum coctorum ʒ.iij. s. omnia iterum lẽto igni mediam horam concoquantur continuò agitando, & fiat forma cataplaſmatis. Cùm verò propemodum abſumptus eſt tumor, quod ſupererit deſiccato, baccis myrti, balauſtiis ſumac. & ſimilibus vino auſtero concoctis, & decoctione calenti locũ

fo

foueto: ſic enim & humoris reliquias abſumes, & partem diſcutientũ vſu relaxatam confirmabis. Cęterùm tumor ſi reſoluentibus medicamentis, nequaquam ceſſerit, abſceſſum ſuppurantibus cõficito, ac diſcutientia miſceto.

Ad pus generandum.

Pus conficiunt aqua modicè calens, oleum dulce, butyrum recẽs, adipes, medullæ, œſypus, pix ſicca, reſina, colophonia, thus, cera, ladanum, ſtyrax pinguis, galbanum, crocus, farina triticea, colla librariorum ex farina puriſſima, viſcum aucupatoriũ, caricę pingues, cepe coctũ, radix lilij, althea, malua, brãca vrſina, te trapharmacon ex farina triticea oleo & aqua mediocriter coctis cum tantillo croci, diachylon macedonicũ quod ſequenti capite deſcribitur. Vel veteris ſequentibus,

R. rad. lil. & altheæ ſing. ʒ. iiij. fol. malvæ, brancæ vrſ. viol. erigeri, ſing. m̃. iij. s. caricarum pinguium, paſſul. mundatarũ ſing. paria 8. farinæ tritici ʒ. iiij. farinę ſeminis lini ʒ. s. perfectè coquãtur, pinſantur, cribro tranſmittãtur, deinde adiungito adipis ſuilli, vel bubulini ʒ. iij. olei de lilio & chamæm. ſing. ʒ. iij. miſceto, & cataplaſma conficito. aliud,

R. radicũ lil. bryoniæ, lapathi acuti ſub cineribus coctarum ſingularũ quartum. s. terito, & miſceto muccag. altheæ, mal. & ficuum ſing. ʒ. j. farinæ triticeæ, hord. & lini ſing. ʒ. s. axung. ſuillæ ſalis expertis, quantum ſufficit, fiat cataplaſma.

Ad vomicam aperiendam.

Quando pus eſt confectum abſceſſum quo loco conuenit, cauterio, vel ſcalpello, vel ſequenti medicamento aperies, quanquam tutius eſt vti cauterio.

R. fermenti acris ʒ. s. cepe ſub prunis cocti ʒ. ij. ſtercoris columb. & ſeminis cannabis ſing. ʒ. j. limaces. iij. ſaponis nigri & axung. ſuillæ ſing. quãtum ſufficit, fiat emplaſtrum exiguum, inſtar nummi aurei, quod vomicæ vel eminentiori tumoris loco applicetur, & aliud ex ſuppurantibus & reſoluantibus circumponatur.

Aperta vomica quibus vtendum.

Aperta vomica digeſtiuo (quod vocant) ex oleo roſ. & vitellis ouorum tres dies vtitor: nã dolorẽ demulcet, quódque ad pus adhuc erat adducendum adiuuat: poſtea ad detergentia, ſeu mundificantia properato, ſub ſequenti formula.

R. ſyrupi roſati vel mel. roſ. col. ʒ. ij.

tere

terebint.ʒ.iij. modicũ coquantur, adde farinæ hord.ʒ.j.s.croci modicum,& vitellum vnum oui:id vtile eſt, cùm æger exacto eſt ſenſu præditus. Erit autẽ ſarcoticum ſi detracto vitello, addideris thuris ʒ.j. s. myrrhæ & aloës ſing.ʒ.ij. ſang.drac.ʒ.j.

Ad dolorem leniendum.

Quartus ſcopus phlegmones curandæ ad ſymptomata pertinet,inter quæ dolor obtinet principatum:qui commodè lenietur oui albumine,vel ouo integro,cum oleo roſ.agitato:aut ſequentibus vtere,

R.micæ panis triticei aqua calenti macerati & expreſſi lib.j. vitellos ij.lactis caprini ʒ.iij. miſce:fiat cataplaſma.

aliud,

R.maluæ m̃.j.farinæ hord.ʒ.j.coquito,& cum oleo roſ. miſceto in formam cataplaſmatis. aliud,

S.florum chamæm.& melil.& anethi ſing.pug.j.s.farinæ ſeminis lini & fœnu. ſing.ʒ.ij.elixato, atque muccag. altheæ ac fœnugr.ſing.ʒ.s.olei chamæm.& anethini quantum ſatis eſt adiungito,& fiat cataplaſma. aliud,

R.rad.altheæ ʒ. ij. mal. viol.ſing.m̃.s. chamæm. roſ.rubr. ſingu.pug.ſemis.co-

quantur, subigantur, & butyri recentis ʒ.ij. olei ros. vel viol. ʒ. iij. addantur ad cataplasma conficiendum.

Dolor verò superioribus nisi sedetur, adsitque calor vehemens, ad sequens narcoticum est confugiendum.

R. fol. hyoscy. stupis obuolutorũ, sub pruníque coctorum m̃.j. contundæ cũ adipe suillo, & adde croci tantillum. Potes miscere folia brassicæ & maluę simi liter cocta cum farina hord. aut vnguen tum ros. vel popul. hyeme loco foliorũ hyoscy. vtemur eius semine, vel papa. se mine, cum lacte & hordei farina, simul coctis.

Quando phlegmone obdurescit, quo modo molliendum.

Tumor si quandoque aut repellentium, aut discutiẽtium vsu immoderato, scirrhosam induritiem degeneret, Radicẽ cucum. agrest. aut bryon. aut assari coquito, caricas, adipem anserinum vel gallinaceũ addito ad cataplasma. aliud,

R. rad. alth. quartum j. volubilis m̃.j. far. hord. lini, fœnug. singul. ʒ. ij. olei aneth. vel chamæm. quantum sufficit.

aliud, R. rad. lil. & alth. singul. ʒ.j. s. rad. bryoniæ, cyclam. cucũ. agrest. singul. ʒ. ij. in vino albo coquantur & tundantur

tundantur, ſubinde addatur ſtercoris columb. & caprini ſing. ʒ. j. s. ammoniaci in aceto ſcill. diſſol. b delilij & opopan. in oleo ſeſamino diſſol. ſing. ʒ. j. ladani & ſtyracis liquidæ ſing. ʒ. j. picis naualis quantum ſatis videbitur, fiat emplaſtrū, quod plurimum mollit & diſcutit.

Denique vbi extinctionis caloris natiui partis putredinis & gangrenæ periculum immineret, locum ſcarificato, aqua ſalſa abluito farinæ fabarum & orobi ſing. ʒ. ij. cum oxymel. coquito: aut cataplaſmate penultimo vtitor.

De furunculo. Cap. II.

IN furunculo curando, tibi repellentibus minimè erit vtendum, quòd humor huiuſmodi tumorem efficiens ſit craſſus. Sed cum Galeno triticū ore ieiuno præmanſum ſeu maſticatū in formam cataplaſmatis applicabis, vel vſurpabis emplaſtrum diachilon, quod adipe anſerino, vel gallinaceo diſſolues: vel macedonicum ex Aëtio, quod plrimum huic affectui conferre ſępenumero ſum expertus: ſiquidem dolorem lenit, diſcutit ac pus conficit: Sic autem componitur,

R. picis naualis ʒ. j. adipis ſuilli expurgati ʒ. v. adipis taurini & œſypi ſing. ʒ. ij. reſinę

reſinæ pini ʒ.v. liquefiãt ſimul & addantur ceræ ʒ.iij. Quòd ſi dolor vrgeat: aut materia ſuppuratoni ſit rebellis, vtendũ cataplaſmate confecto ex rad. lilij ʒ. iiij. fol. mal. & viol. ſingul. mñ. j. coctis & ſubactis: quibus addes farinæ tritici & hordei ſing. ʒ. j. pingued. ſuillæ. ʒ. iij. butyri recentis ʒ. ij. vitellos duos. Cùm erit aperta vomica, deterſorium conficies ex ſarcot. ʒ. iij. corticis thuris ʒ. j. cũ melle roſ. col. vel ex tereb. mel. roſ. ſucco. apij, cum hordei farina & oui vitello.

De anthrace & carbunculo.

Cap. III.

CArbunculi curandi ac profligandi methodus quinque habet intẽtiones. Prima in debita victus obſeruatione conſiſtit. Secunda in auerſione materiæ influentis, & corporis purgatione. Tertia in cordis confirmatione ac corroboratione. Quarta in topicis medicamentis. Quinta circa ſymptomata verſatur.

Prima intentio perficitur victu ab initio tenui, frigido & humido, quíq; putredini & veneno maximè aduerſetur. Proinde iuuabit vſus rerum acidarum, vt prunorum in prima menſa, oxalidis (acetoſam vocant) in iuſculis, mali punici

nici & arantiorum, atque omphacij in condimentis.

Secunda intentio continet auerſionẽ & purgationẽ materiæ. Auertetur quidem venæ ſectione vſque ad animi deliquium excluſiuè. Vbi verò ſit vena pertundenda tibi locus affectus indicabit: nam ex oppoſito fieri debet ſeruata rectitudine Galeni. Ante tamen phlebotomiam, niſi ſatis fluat aluus, clyſterem mollientem cap. de phlegm. præſcriptũ iniicies. Si vel virium imbecillitas, vel aliud phlebotomiã fieri prohibeat: cucurbitulas parti oppoſitæ applicato, extrema ligato, fricato & foueto.

De purgandi ratione.

Elapſis duobus à venæ ſectione diebus, catharticum exhibeto: id verò imbecillum non valenter purgans eſto: ne immoderata fiat humorum agitatio quam expertus ſum maximo eſſe detrimento, ac propemodùm exitioſam.

Medicamentum itaque conficies ex rhabarb. ℈. iiij. cinamomi granis v. ſennę orient. ʒ. ſ. in aquæ endiuię ʒ. iiij. infuſis & expreſſis, & ex ſyrupi roſ. ſolut. ʒ. j. ſ. vel capito ſemi. citri, aceroſę, & melonũ ſing. ʒ. ij. tamarind. electorum ʒ. vj. prunorum paria v. trium florum cord. ſing.

pug.

pug.j.eáque coquito:& in ʒ.iiij.colatu-ræ,cathol.& tripheræ perſicæ ſing.ʒ.iij. & rhab.in aqua end.infuſi ʒ.j.ſ.diſſoluito,ac ſyrupi roſ. ſolut. ʒ. j. miſceto. Si potione vti nolit, pilulas communes ei offeres, etſi pilulas dãdas rarò ſuaſerim ob febrẽ:nã plus ſatis calefaciunt & ſiccãt. Toto morbi decurſu erit dãda opera vt aluus liberè fluat,& cùm erit opus ſubducetur clyſtere molliente.

De cordis confirmatione.

Tertia intentio eſt in cordis confirmatione,cui rei diligenter eſt intendendum ob materiam venenatam : id verò fiet partim epithemaris , partim potionibus. Epithemata ſtatim à venæ ſectione frequenter applicẽtur:& à purgatione medicamento leni,vel vomitu facta, potus cardiaci ſæpenumerò propinentur.

Epithemata fient ex aquis verbenæ, meliſſæ,ſcabioſæ,bugl. viol. roſ. acetoſæ,lact.plant. nymph. vino aromat. vel albo generoſo,aceto, puluerib⁹ cardiacis vt diamarg.frig.de gẽmis, bezeraico,de bolo,cornu ceruino, corallo, caphura , croco , floribus cardiacis ſimul tuſis & in puluerem redactis,vt patet ſequenti forma,

R.

R. aquarũ ſcab. acetoſę, roſ. nymph. vel ſuccorum depuratorũ ſing. quart. j. troc. de caphura ʒ. j. coralli rub. ʒ. iij. cornu cerui vſti ℈ j. croci ℈. s. aceti tantillum. Et ſi dies eſt æger, adde diamarg. frig. vel alterius ʒ. j. s. vini aromatitis aliquã tulum, applicetur regioni cordis quater interdiu & noctu ſimiliter.

Potiones cardiacas conficies, ex dictis aquis & ſuccis, ac vino albo, habita tamen ratione temporis, vt eſtate aquas frigidiores præſcribas, hyeme contra addes aquis ſyrupos de limon. de acetoſ. citri, de bugl. capill. veneris, acetoſæ ſimplicis, theriacam veterem, mitrid. confec. alcherm. & de hyacintho, puluerem elect. de gẽmis, diamarg. frig. beſeraicũ, de bolo, de terra ſigill. vnicornu, quorum omnium miſcendi ratio eſt, vt in ʒ. iiij. aquarum vel ſuccorum ſit ʒ. j. s. ſyrupi, & ʒ. ij. vel ʒ. ij. s. puluerum, quemadmodum patet his formulis,

R. aquarum acetoſę, roſ. ſcab. fing. ʒ. j. ſyrupi de limon. ʒ. j. s. pulueris elect. beſeraici ℈. ij. pulueris elect. de bolo ʒ. s. diamarg. frig. ℈. j. fiat potio.

R. ther. vet. conf. alcher. vel de hyacintho fing. ʒ. s. boli arm. terrę ſigill. raſuræ eboris ſingul. ℈. j. vel tantundem pul-

uer-

ueris de bolo diamarg.frig.de gemmis, & beſeraici,ſyrupi de acetoſ.citri, & de limonibus ſing.ʒ.j.aquę ſcab.hyeme,vel acetoſę eſtate ʒ.iij.vel iiij.miſce,fiat porus.

Cauſtica & alia topica carbunculi.

Quarta intētio circa topica verſatur. Puſtulæ itaque mox ab initio ferrū candens,vel medicam. cauſticum eſt apponendum. Optimum eſt autem ſequens, Vas fictile exiguis admodum foraminibus in fundo perrūdito, calcem viuam, vitreolum,ſal nitrum & alumen in puluerem redacta in vas coniicito, lixiuiū acerrimum (quale ex eſt tartaro) atque feruentiſſimo paulatim inſtillato,ſidque ter aut quater ita percolato. Poſteaquā ex percolatione liquorem ſuſceperis: iam quidem craſſum coquito, donec in gypſei lapidis formā incraſſetur & induretur:eritq; tibi lapis tam cauſticus, vt intra duas aut tres horas non ſecuș atque ignis vrat:Eum lapidem infernalem ſolent appellare. Aut lixiuium ex quo fit ſapo(id capitellū vocant) ſumito:in fictili donec mellis craſſitiem habeat,coquito:deinde aliquid ſublimati addito,rurſumque donec in lapidis formam

mam concrescat, coquito, & in phiala ne exalet obturata, seruato.

Pustulæ ambitum post cauteriū profundè scarificato: aqua salsa calēti & aceto lauato, sequénsque Gale. cataplasma apponito, farinā lētiū, panēsyncomiston, & arnogl. in aqua vel oxymel. coquito, & in formā cataplasmatis admoueto. Cataplasma ex malo punico acido dulci, vel ex duobus altero acido, altero dulci in aceto satis coctis in omnibus malignis inflammatísque pustulis ad humoris acrimoniam retundendā est optimum, vt certa experientia comprobat: quanquā plerique medici id improbāt: debet autē quarta quaq; hora renouari.

Galenus pustulæ admouet aliquem ex pastillis andronij, musæ, polyidæ & ambitui emplastrum de arnoglossa. Sequēs aiunt à facultate recondita valere.

R. succorū symphyti maioris, scabiosæ, pedis colum. sing. ʒ. ij. far. hord. ʒ. iij. apponito. Vbi jam materia fluxit ne ad partes principes recurrat, in ambitu tumoris locus liniendus vnguento, ex bolo arm terra sigil. santalis, oleo ros. vel myrt. & aceto: alij addunt succos plantag. & solani. vel sequenti forma fiat,

R. bol. arm. ʒ. iiij. terræ sigil. ʒ. ij. cor-

nu cerui vſti, & raſuræ eboris ſing.ʒ.ij. caphuræ ʒ.iij. ceræ ℥.iij. olei roſ.l.j. aceti ℥.iiij. aquę roſ.℥.ij. albumina duorum ouorum, fiat vnguentum, quod diu ſeruari poteſt: idem ego domi ſemper paratum habeo. In ſtatu quando materia fluxit ad rumpendum carbonem ſequenti vtitor.

R. rutæ m̃.j. fermenti ℥.j. ficus ſiccas iiij. pip.ʒ. j. ſalis ʒ.j. s. fiat cataplaſma quod manè & veſperi applicetur: id enim biduo carnem laudatam à corrupta ſeparat. aliud,

R. paſſul. caricarum, nucum rancidarum vel aſſatarum & farinę hord. ſing. ℥.ij. in vino rubro coquantur, ſubinde terantur, addendo ping. ſuillæ ℥.iij. vitellos ouorum iij. niſi adhuc rũpatur permiſce cepe coctum, fermentum vel ſabinam, aut,

R. theriacæ ʒ.j. axung. ſuillæ ʒ.s. ſucci ſcabioſæ vel ſymphyti modicũ, aut ſymphytum cum ſale & oui vitello apponito. Vt autẽ eſchara decidat, vtere butyro loto: vel, R. alth. mal. viol. ſing. m̃.s. farinæ tritic. & adipis ſuilli ſing. ℥.ij. vitellos duorũ ouorum, fac cataplaſma. Id etenim multò celerius eſcharã ſeparat, quàm butyrũ. Ablata eſchara vlcus eſt de

detergendum syrupo de ros. siccis, vel melle ros. terebin. farina hord. vel succo apij vel mundificatur ex apio.

De symptomatis carbunculi.

Quinta intentio symptomatis occurrit. Sunt autē sitis, linguæ nigrities, dolor capitis & vigiliæ: quandoquidem huic affectui febris vehemens est coniuncta. Cùm sitis afficit, R. rad. bugl. saccharo cōditæ ʒ.j.s. cōserue aceros. & florū nymph. sing. ʒ. vj. pulueris elect. diamarg. frig. ʒ.j. coralli rub. & seminis citri sing. ʒ.s. sach. ros. tabel. quantum sufficit. fiat conditum, vel vtatur syrupis de limon. de acetos. citri, viol. & acetosæ cum aqua hordei.

Cū lingua nigricat, R. seminis psyl. ʒ. ij. seminis cydon ʒ. j. s. gummi tragag. ℈. iiij. sacc. cādi. in aqua ros. dissoluti ʒ. j.s. fiant orbiculi lupinis simules, ex quibus aliquem semper ore cōtineat. vel,

R. muccag. seminis psyllij & cydon. In aqua ros. extractæ sing. ʒ. iij. sacc. candi. ʒ.j.s. fiant globuli instar lupinorum, quos ore contineat.

Cū capitis dolor & vigiliæ torquent: olei ros. ʒ. iiij. lactis mul. ʒ. ij. aceti tantillum fronti & temporibus applicato.

Carbunculus verò si adeò malignus

non fuerit: quod ex ſymptomatis mitio
ribus deprehendes: poſt venę ſectionem
(ſi neceſſaria videbitur) fermenti ʒ.iij.
caricas pingues iiij. cum ſale miſcebis
& applicabis: alij ſæpe excauatũ theria-
ca replent, ſub prunis coquunt & admo
uent: alij vitellos ij. fuliginis ʒ. j. ſ. ſalis
ʒ. ſ. miſcent & applicant.

De gangræna & ſphacelo. Cap. 4.

EAdem propemodùm gangrenę cu-
randæ ratio mihi videtur atq; car-
bunculi, quòd vtriuſque ferè ſunt com-
munia ſymptomata. Primus itaque tibi
ſcopus eſto in cõuenienti victu præſcri-
bendo: qui ſit tenuis, refrigerans, obſi-
ſténsque putredini. Quibus vires imbe
cillæ, vinum permittatur oligophoron
& dilutum, carnes euchymę & earum iu
ra: in quibus cocta ſint acetoſa & lactu-
cæ cum borag. vel bugl. vt in omnibus
calidis affectibus. R. ſeminis lact. & pap.
albi. ſing. ʒ. j. ſ. quatuor ſeminũ frig. ma-
iorum contuſorum ſingu. ʒ. iij. pulueris
diamarg. frig. ʒ j. ſ. cõcludantur panno
ſericeo rubro fiántque nodŭli ponderis
ʒ. ij. ſ. bulliant in fine decoctionis iuſcu
lorum, & exprimantur. Prodeſt quoque
vſus acidorũ quemadmodũ in carbũcu.
Secundus ſcopus tibi eſto in materia a-

uer

uertẽda quod fiet partim phlebotomia, partim laxantibus. Proinde si simul con currant, quæ venę sectio desiderãt, venã secato post mollientis cœnematis vsum, qui de phlegm. notatus est. Si quid verò venæ sectionẽ impediat, alias reuulsiones iam dictas facito.

Humorum præparatio & purgatio.

Altero vel tertio die à venę sectione, bolum dato ex cassię ʒ.vj.& catho.ʒ.s. cum sach.vel dissoluito in aqua buglos si: postea corpus sequenti modo ad catharticon prępparato, R.rad. & fol.lapathi acuti & bugl.fol.borra.cichorij.end. scariolę, sonchi, adianti, lupuli, scab.sin. m̃.j.quatuor seminum frig.maiorũ con tusorum, seminis portul. end. acetosæ sing.ʒ.ij.seminis anisi & fœnic.singu.ʒ.j. polypod.querc.ʒ.j.thymi. & epith.sing. ʒ.j.s.sennæ orient.ʒ.j.trium florum cõmunium sing.pug.j.fiat decoctio in col. lib.j.s.dissol.sach.solidi ʒ.iij.succi pomorum dulc.ʒ.iiij.pulueris sant.mosca tel.& pulueris diamar.frig.sing.ʒ.j.s.fiat apozema clarifi.& arom.pro v.dosibus.

Subinde purgatio fiat ex rhabarb.ʒ. iiij.cinamomi gra.v.infusis in ʒ.iiij.seri lactis caprini, adde mannæ granatę.ʒ.x. syrupi ros.solut.ʒ.ij. Si magis laxandum

videbitur adiunges elect. de ſucco roſ. ſequidrachmam.

Ad cordis confirmationem.

Tertius ſcopus circa cordis confirmationem verſabitur: nãvt ſanguis vſq; adeò efferueſcit, vapores multi non ſecus atque in carbunculo ad cor ferũtur venenati. Ergo ad epithemata & potiones cardiacas ſuperiori cap. deſcriptas confugito: Theriacam interdum præbeto: ſequénsque opiata in vſu quotidiano eſto,

R. conſeruę rad. bugl. conſe. roſ. ſingu. ʒ.j. conſer. florũ cichorij ʒ.vj. pulueris diamarg. frig. ℈. iiij. pulueris beſeraici ʒ.j. pulueris elect. de bolo ℈. ij. pulueris de gemmis ℈. j. ſyrupi de acetoſ. citri, vel de pomis redolẽtibus quantũ ſufficit, fiat forma opiatæ, de qua poſt purgationem quotidie manè capiat inſtar fabæ. Poſtea bibat cochlearia duo aquarũ bugl. & ſcab. vel fiant ſequentes tabellæ etiam ad vſum quotid.

R. fragm. lapidum precioſorum ſing. ℈. j. rhab. ℈. s. coral. rub. ℈. ij. raſurę eboris ℈. j. boli armenij præparati ʒ. j. radic. tormentil. macis ſing. ʒ. s. conſer. acetoſ. & florum nymph. ſing. ʒ. j. s. ſacc. diſſoluti in aquis roſ. & acetoſ. quantum ſufficit,

fiat

fiat elect. in tabel. rhomboides ponderis ʒ.iij. vtatur, vt dictum est de opiata.

Topica remedia gangrænæ.

Quartus scopus docet topica loco affecto apponenda. Si viderimus membri floridum, ac viuidum colorem in liuidum, vel nigrum mutari, hæc sunt admouenda,

R. bol. arm. terræ sigillatæ sing. ʒ. j. aceti. q. f. misce & gangrænæ ambitui, hoc est partibus sanis apponito. Si vis succos solani, plantag. semperuiui & similes cum oleo rosaceo addito, vt in carbunculo, vel vnguento nostro illic præscripto, vtere. Locus verò affectus gangræna profundè scarificandus pro morbi magnitudine: postea hirudines si videbitur affigendæ: subinde locus aqua salsa aut lixiuio, aut aceto calenti, aut lixiuio in quo lupinorũ magna quantitas cocta sit, abluendus bis aut ter quotidie. Cataplasma ex æquis partibus farinæ lupinorum, orobi & fabarũ cũ syrupo acetoso aut oxymel. addito, si vis succo absinthij vel apij, est apponendũ. Vbi iam furia & mali feruor sese remiserint, vtendum ægyptiaco: quod recipit erug. rasilis, aluminis, mel. sing. ʒ. ij. aceti ʒ. v. Erit autem vehementius si salis parum

adiunxeris. Si partis putredo, malíque ſæuitia, ſupra ſcriptis minimè ceſſerit, ſed adhuc perſeueret, ſectiones, ſeu ſcarificationes profundiores faciẽdę, deinde admouendus aliquis trochiſcus vel polyidę, vel muſæ, vel andronij, vel aſphodelorum, vel cauterium, vel medicamentum cauſticum, cap. de carbunculo præſcriptum, vel ſublimatum inter partem ſanam & ægram apponendum, ſemper locus in ambitu muniendus vnguẽto de bolo. Deinde dãda opera, vt eſchara cauſtico medicamento facta decidat, id verò fiet butyro loco appoſito, aut digeſtiuo ex oleo roſaceo & vitello: aut iiij. vitellos capito & farinæ hord. ℥. ij. mellis verò deſpumati quãtum ſatis eſt, & in principio admoueto: ſuccedẽti verò tempore, mellis quantitatem augeto, ac myrrhæ ʒ. x. adiicito.

Pars denique ſi in ſphacelum & necroſim inciderit, mox ſerra tibi erit reſecãda, ne pars ſyncera in ſimilem trahatur affectum. Quanquam id ſummo cũ periculo fiat. Nam ſæpe in ipſo opere, vel profuſione ſanguinis, vel animę defectu, moriuntur. Verùm hic quoque (vt ait Cornel. Celſ.) nihil intereſt an ſatis tutum præſidium ſit, quod eſt vnicum:

pur

purgato itaque corpore pro humoris peccantis exigentia: contemplabimur ægrotantis vires, an valeant, an animo sit ipse ad id valde propenso. Nunquam etenim tale quid aggredietur rationalis chirurgus, nisi multis & crebris, cùm familiarium & amicorum, tum ægrotantium precibus impulsus, ita vt magis inuitus quàm volens id aggressus videatur. Quinetiam duabus aut tribus horis antequam manum operi admoueamus, poterimus ægroto propinare ℈ j. aut ℈ j. s. opiat. sequentis, cum ʒ. iij aquæ lactucæ & nympheę, & syrupi de papauere ʒ. s. ad sensum sopiendum. Quam non solùm ad id vtilem, sed etiam ad dolores extremos & vigilias, non assumptã tantùm, sed & admotam comperi: vt in aurium & articulorum doloribus. Sed cùm ad dolores assumitur minor dosis esse debet, vt ad grana quindecim, cum aquis supradictis. Vbi autem admouetur, parum est periculi de quantitate, imò poterit per se vel mixta cum aliis, vt vnguentis, oleis, aquis & id genus, applicari.

Recipit autẽ pyrethri, euphorb. spicę nard. sing. ℈ j. croci optimi ʒ. j. & ℈ ij. lachrymę papaueris dra. iij. & ℈ j. seminis

hyoſcyami albi ʒ.ij.& duas partes ʒ.j.ſe minis papa.albi.dr.v.& ℈.ij.mellis opti mi nõ cocti quãtũ ſufficit(arbitrarer in triplici aut quadruplici põdere adiiciẽ dum)miſceantur,fiat opiata:qua vix ante ſex menſes erit vtendum: præparatis itaque ad agendũ neceſſariis, ęgroto optimè collocato, ab adminiſtris aut (ſi fieri expedit)vinculis firmiſſimè cõprehenſo membrum in parte ſana reſecandum,vinculo priùs arctiſſimè,tres aut quatuor digitos ſupra corruptam partem,ligatum:tum ad ſopiẽdum ſenſum, tum ad ſanguinis profluuium ſiſtendũ. Atque hîc inter ſanam vitiatámq; partem,caro ſcalpello aut nouacula in orbem ad os vſque incidenda,ſic vt neque contra articulũ id fiat.Adhæc,potiùs ex ſana parte aliquid excindatur quàm ex ægra omiſſum ſit,licet Vigonius in alia fuerit ſententia:vbi ad os, nouacula reſcindente,ventum erit,vt ea quoq; parte aliquid ex oſſe planè nudetur, eius perioſtium expedirè corradendum:deinde ſerrula acutiſſima (qualis pectinarij fabri,nobis in tali opere ſæpe vſurpata,eſſe ſolet)quã proximè ſanę carni etiã inhærente, præcidendum:ſtatímq; poſt inciſionem tibi cauteria admouenda,

tum

tum ad ſanguinem, tum ad ſpiritus cohibendos, ne immoderatè effluant. Deinde conſulendum viribus ægrotantis: tandem enitendum vt eſchara decidat, quemadmodum iam dictum eſt: vel vſu ſucci porri cum melle, vel radicis ireos cum melle: aut vnguenti poſtremi.

De Eryſipelate. Cap. v.

ERyſipelatis curatio quatuor ſcopis abſoluitur. Primus eſt in victus ratione frigida, humida atque incraſſante. Omnia pinguia, dulcia, acria, calidáque vitanda: quòd ea in bilem facilè conuertantur. Lactucis, cucurb. portul. acetoſa in iure præſertim vtendum: integra priſana vtilis, & cremor hordei ac eius decoctũ in potu ad refrigerandum. Ad incraſſandum verò oryza proderit. Exercitatio, vigiliæ, ira, clamor, & ſimiles affectus, venúſque nocent plurimùm.

Secundus ſcopus materiam auertendam indicat. In quo animaduertendum diligẽter, num affectus exiguus, nũ magnus. Nã ſi exiguus, nec corpus admodũ bilioſum, clyſter cap. de phleg. præſcriptus ſufficiet, aucta quãtitate refrigerantium, addendo polypodij querc. & ſennæ orient. ſingul. ʒ. j. cum melle viol. & oleo viol. Si verò affectus inſignis, vi-

den

dendum num venæ ſectio ſit ex vſu: num ſufficiat catharticũ. Nã ex Gal. ſententia in vero Eryſip. & corpore exiſtente admodùm bilioſo, cholagoga venę ſectioni præſtat, ne phleborromiã ſanguis, qui bilis eſt frænũ detrahatur, eáque magis ſæuiat. Ex aliis verò venæ ſectio prodeſt maximè, quòd ſanguis effluens vaſis cõtineatur, ac cum ſanguine bilis quoque exeat, totúſque corporis habitus refrigeretur, præſertim verò plurimùm prodeſſe volunt, quando corpus non eſt admodum bilioſum, atq; Eryſipelas eſt phlegmonodes. quod ego etiam expertus ſum profuiſſe. Sed priuſquã venam tundas niſi aluus ſatis ſit cita, eam enemate prædicto laxabis, atque vt dixi refrigerantium doſim adaugebis.

Præparantia & purgantia in Eryſip.

Venã verò ſiue pertuderis, ſiue ab ea ſecanda abſtinueris: nihilominus admodùm confert medicamentum bilẽ educens exhibere, quale eſt huiuſmodi:

R. cathol. & trypheræ perſicæ ſing. ʒ. s. rhab. in ʒ. iiij. aquæ end. vel ſeri capr. infuſi atq; expreſſi dra. j. cinamomi gra. iiij. ſyrupi roſ. ſolut. ʒ. j. aquarum end. & bug. ſing. ʒ. ij. miſce, & fiat potus. Ad bilem præparandam ſic fiat,

R. rad.

R.rad.& fol.lapathi acuti,ſummitatũ aſparagi & lupuli, fumar.end.non lotæ, cichorij, ſcariolæ ſonchi, lenticulæ aquæ,borrag. bug.totius, acetoſæ fingu. m̃.j. adianti, & agrim. fingu.m̃. s. quatuor ſeminum frig.maiorum contuſ.feminis lact. & portul.fingu.ʒ. ij. ſeminis papa.albi (ſi vis magis refrig.& incraſſare)tantundem,tamarind.elect.ʒ.j. ſennæ orient.ʒ.x. prunorum par.vj. paſſul. par.xij.trium florum communiũ fingu. pug.j.florũ nymph.pug.j.s.fiat decoctio ad quart.v.in col.diſſolue ſyrupi viol.& roſ.ſolut,fingu.ʒ.ij.ſach.quantum ſufficit,fiat apozema clarific.& aromat.cum ſant. moſcat.& diamarg. frig.fingu.℈.ij. vel ʒ. j.vtatur in tribus doſibus: ad magis laxandum pores diſſol. rhab.ʒ. ℔j. s. Vel fiat iulep.in ſequentem modum.

R.ſyrupi de ſucco end.ſyr.nymph.fingul.ʒ.ij.s.aquarum cichorij & bugl.fingul.ʒ,iiij.ſanr.moſcat.ʒ.j.fiat iulep.clarificetur & aromatizetur pro iij. doſibus. vel,

R.ſyr.acetoſæ ſimpl.ſyr. capil.ven. & de bugl.fingu.ʒ.ij.aquarum acetoſæ, lupuli graminis,fin.ʒ.iiij.diamarg.frig.℈. iiij.fiat iulep.clarif.& aromat.pro quatuor doſibus.Denique ad bilis præparation

tionē vti potes omnibus propemodùm refrig.incraſſantibus,obtundentibus illius acrimoniam & putredinem arcentibus,tam herbis, in apozemate, quàm aquis & ſyrupis.

A præparatione præſcribes cathartícum præcedens. vel,

R.tamarind. elect.ʒ.vj. prunorum & iuiubarū ſing.par.v.paſſul.mūd.ʒ.s.hor. pug.s.ſeminis melonum contuſi & lact. ſing.ʒ.iij.triū florū cōmuniū ſingu.pug. j.florum nymph.pug.j.s.fiat decoctio in col.ʒ.iiij.diſſol. caſſiæ ʒ.s. cathol. ʒ. iij. rhab. in ſero lactis capr.vel aqua end. infuſi & expreſſi ℈.iiij. cinamomi gra.v. ſyrupi vio.vel roſ.ſolu.ʒ.j. Potes addere myrobal.citrin.oleo amyd.dulc.confric.ſeſquidrachmam,fiat potus.

R.conſer.cichorij,roſ.viol.vel acetoſæ & nymph.& bugl.ſing.ʒ.j.s. pulueris elect.triaſant. rhab.& ſeminib.duplicatis,& diatragag.frig.ſing.℈.s. ſacc.ſolidi modicum,fiat bolus,qui detur altero die à ſumpto pharmaco. vel,

R.elect.diamarg.frig.vel diatrag.frig. vel triaſant. vel diarod. tabellas duas, ſumat altero die à ſumpto pharmaco.

Topica in Eryſipelate.

Tertius ſcopus topica remedia præſcribit:

ſcribit: vnde in principio quidē Eryſip. frigida & humida cōpetunt: aſtringētia verò ſicca locū habere nō debēt: niſi in ſtatu & declinatione. In principio itaq; iuuāt ſemperuiuū, portul. lact. lenticul. paluſtris, vmbilicus ven. cucurb. pſylliū, glauciū, craſſula, ſolanū: quorum capies ſuccos vel aquas ſtillatitias, miſcere poteris opij, aut ſucci pap. vel hyoſcy. vel mādrag. vel cicutæ modicū: maximè æſtate: aqua etiā frigidiſſima & oxycratū Galeno & Auicennæ probantur. Omnia enim actu frigida probātur, maximè æſtate. Addere quoq; ſuccis poteris hord. vel lentiū farinā & nōnihil aceti ad cataplaſma cōficiendum: aut vnguēti roſ. Meſuæ ʒ. j. aqua roſ. abluito, albumina ouorū adiicito (prohibent enim pinguitudinē inflāmari) & affectui applicato. Id enim optimum eſt remediū: ſiquidem & exulcerationē & bullas ſeu veſicas ex Eryſip. fieri prohibet: eidē vnguēto com modē muccag. ſeminis pſyllij & cydon. cum ſucco infrigidante miſcebis.

Cùm Eryſip. faciē occupat, ſic facere ſoleo: aquarū vel ſuccorū plantag. roſ. lact. ſemperuiui ſing. partes æquales, & aceto tantillum miſceo: & imbutos ea mixtione pannos affectui appono: frequen

quentérque ne ſiccentur, & incaleſcant imbuo. Si inflãmatio vehementior, quæ iis facilè non remittatur, libræ vni aquarum vel ſuccorum addo opij gra. v. & croci gra. vj. vel ſucci hyoſcy. ʒ. j.

Cum Eryſip. caput afficit, vnguentum roſ. cũ oleo viol. prodeſt. Iũuat quoque ceratũ albũ Galeni ex olei iiij. partibus, vna ceræ, & aceti puſillo, quod manibus ſubigitur, effundendo continuò aquæ frigidiſſimæ quantum capere poteſt, aut eius loco ſequens linimentum erit ex vſu:

R. olei roſ. ʒ. iij olei nymph. ʒ. ij. ſant. citrini & rub. ſing. ʒ. ij. croc. de caph. ʒ. j. ſucci ſolani & aceti ſing. ʒ. j. miſce: aut, cape aquæ roſ. ʒ. iiij. albumina trium ouorum, & aceti ʒ. j. ſ. miſce. A refrigerantibus ad diſcutientia tranſeundum, antequã pars liueſcat: debent autem eſſe leniora diſcutientia, vt farinæ hord. & lentiũ, althea, malua, oleum roſaceum.

R. virgæ paſt. m̃. ij. arnogl. m̃. j. coquãtur in aqua extinctionis ferri, terantur, addendo farinæ lentium & olei roſ. modicum, & fiat cataplaſma vel,

R. litharg. auri ʒ. j. ceruſæ lotæ ʒ. vj. ſucci plantag. & lactis mul. ſing. j. ſ. olei roſ. omphacini ʒ. iij. ceræ albæ quantum ſuffic.

ſufficit, fiat vnguentum. Potes etiam vti nutrito ex litharg. oleo roſaceo, aceto, ſucco plant. & ſolani.

Cùm dolor eſt acerbiſſimus radicem vel folia hyoſcy. ſub prunis coquito, & cum vnguento popul. miſceto. vel,

R. ſeminis hyoſc. ʒ. j. ſeminis pap. albi. ʒ. ij. cum vnguento popul. aut vnguentũ album cum caphura, & vnguentum popul. cum ſucco hyoſc. vel ſemperuiui, vel virgæ paſt. miſceto.

Cùm viuidus partis color, infrigidantium vſu nimio extinctus videtur, locũ ſcarificato, aqua marina lauato, eámque cum catapl. miſceto.

Quando in Eryſip. bullæ ſeu veſicæ excitantur, vtile eſt linimentum de vigo, ſub hac forma.

R. olei viol. & roſ. ſingu. ʒ. ij. vnguenti roſac. ʒ. j. ſ. lithar. auri & arg. ſingu. ʒ. ſ. tuth. ʒ. ij. ceruſæ ʒ. vj. caph. ʒ. j. ſuccorũ ſemperuiui & plantag. ſing. ʒ. ſ. fiat forma vnguenti nutriti, quod etiam cõfert vlceri virulento. Si Eryſipelas in vlcus degeneret, ſequentibus vtitor.

R. ſucci ſummitatum rubi, & ſolanĩ ſing. ʒ. j. olei roſ. ʒ. iij. acepti par ũ, ceruſæ & litharg. ſing. ʒ. ſ. fiat linimentum. vel,

R. troc. alborum raſis ʒ. j. ſ. plũbi vſti

& loti.ʒ.j.caph. (ſi magna inflammatio) ℈.s.olei roſ.ʒ.iij.ceræ quantum ſufficit, fiat linimentū. Cùm verò Eryſip.in duritiem abit,ſequens eſt optimum.

R.olei viola.& roſ. pingued.gallin.& butyri ſing.ʒ.ij axung.caprinæ & vitulinæ ſing.ʒ.j.s.medullæ cruris vituli ʒ.j. muccag.alth.mal.& pſyllij ſing.ʒ.vj bulliant ad muccag.conſumptionē:deinde adde litharg.auri ʒ.iij.ceræ albæ quantum eſt ſatis,fiat ceratum molle.

Poſtremus ſcopus eſt in ſymptomatis corrigendis. Ex Eryſipel.quidem oritur febris,& ex febri dolor capitis, vigiliæ & ſitis,quibus occurrendum.

Ad capitis dolorem.

Rec.coriand. præparati ʒ.iij. ſeminis pap.albi & corticis eiuſdē,ſeminis lact. ſing.℈.iiij.granorū tinctoriorū ℈.j. florum viol.nymph.& roſ.rub.ſing. pug.s. omnium ſatal.ſing.ʒ.j.terantur, & cum panno ſericeo rubro fiat frontale: quod vapore aquæ roſac.& aceti ſuffiatur, & fronti ac temporibus applicetur. vel,

R.lactis mul.ʒ.iij. aceti ʒ.ij.olei roſ. ʒ.iiij.albumina ij.miſce,& liniātur frōs & tempora,vel vtere ſolo oxyrrhodino. Oleū quoque frigidum in aures eſt inſtillandum ac volæ manuum plantæque ped

pedum vnguento populeo vngendæ.

Ad ſitim ſedandam.

R. conſeruæ viol. ʒ. ij. conſer. rad. bug. ʒ. j. conſer. florũ nymph. conſer. florum cichorij ſing. ʒ. s. pulueris diatrag. frig. recenter diſpenſati ʒ. j. s. pulueris diamarg. frig. ℈. iiij. ſach. roſ. tab. quantum ſufficit, fiat conditũ auro coopertũ, quo vtatur cum aqua hordei dũ ſitiet: vel in ea aqua diſſoluat ſyrupum roſatum, vel viol. vel acetoſ. ſimpl. vel de acetoſ. citri. vel vtatur præſcriptis cap. de Carbunc.

Ad hepatis intemperiem calidiorem.

Cùm verò hoc in affectu, plerũque ſit hepatis intemperies calidior, quæ plurimum bilis aceruat & auget affectum, ſequentia iuuabunt.

R. cerati ſantal. ʒ. iiij. oleorũ nymph. & de ſemine cucurb. ſucco end. ablutorum, ſingul. ʒ. j. s. ſpicæ nardi ℈ j. troc. de ſpodio ʒ. j. ſem. end. & portul. ſingul. ℈ ij. aceti aliquantulum miſceantur, & regio hep. vngatur, cùm adit lectum. aliud.

R. vnguenti albi Galeni ʒ. iiij. ſpicæ nardi ʒ. omnũ ſant. ſing. ʒ. j. roſ. rub. florum viol. & nymph. ſing. ℈. ij. fiat vnguentum ad hepatis regionem vngendam.

R. roſ. rub. florũ viol. & nymph. ſingu. pug. s. coral. rub. ſantali albi & rub. ſing.

ʒ.iiij.seminis lact.& end sing.ʒ.j.spodij. ℈.s.redigãtur in puluerẽ,qui sacculo ad formã lunæ crescentis cõfecto, excipiatur:& vapore aquæ rosatq; aceti suffiatur:deinde hepatis regioni applicetur.

De herpete exedente. Cap. VI.

PRimum huius affectus curãdi præceptum ad victus institutionem refertur:quæ atque in Erysip.eadem esto. Secundũ præceptũ ad materiæ antecedẽtis spectat auersionẽ: quàm tũ reuulsionibus,tum frequẽti catharticorũ vsu efficito, ad reuellendũ partes oppositas fricato,arctissimè vincito & extrema foueto. Venam tamẽ ne secato (nisi plenitudinis apparerent indicia) quòd huius affectus materia,à laudati sanguinis natura plurimùm sit abalienata. Ad reuulsionem quoque conferunt purgationes.

Ad humores aduſtos præparandos & purgandos.

Primùm quidem bolum ex cassiæ ʒ.j. rhab.ʒ.ij. cinamomi gra.iij. cum sacch. præbeto:aut ea in sero caprino vel aqua end.dissoluta dato. deinde

R.summitatum aspar.lupuli,fumar. bugl.totius borrag.end.cichorij,scariolæ,hepaticæ,agrimon.capillariũ cõmuniũ sing.m.j.quatuor seminũ frig.maiorum

rum cõtuſorũ ſing.ʒ.ij.tamarind.paſſul. mundatarum glycyrrhizæ contuſæ ſing. ʒ.j.s.polypod.querc.recen.ſennæ oriẽt. ſing.ʒ.vj.thymi & epith.ſing.ʒ.ij.cicerũ rub.pug.j.s. florũ viol.bugl. nymph.geniſtæ ſingul.pug.j.fiat decoctio, cape de col.℔.ij. in quibus diſſol. ſyrupi capil. ven.& de epith.ſing.ʒ.iij.ſacch.ʒ.iiij.pul ueris diatraga. frig.ʒ. ij. fiat apozema clarificatum & aromatizatum pro vj. doſibus. aut,

R.ſyrupi end.& de bizantiis ſing.ʒ.ij. ſyru.capil. ven ʒ.j. aquarum graminis, bugl.& lupuli ſingul.ʒ.iiij.pulueris ſantali,moſcat ʒ.j.s. fiat iulep. pro iij. doſibus:quod ſi congruum videbitur repetes,& iterum dabis. Poſtea,

R.pulpæ tamarind ʒ.vj. ſennæ orien. ʒ.s.myrob.citrin.in oleo amyg.dulc.cõfricatarum ℈.iiij.thymi & epith. ſing ʒ. j.paſſul. mund.par.vj. florum cord ſing. pug.j.fiat decoctio in aqua hord.in col. ʒ.iiij.diſſolue catho.ʒ.vj.diapruni ſolut. ʒ.j.s.ſyrupi roſ.ſolut.ʒ.j. commiſceãtur & fiat potus.Erit autẽ valentior ſi rhab. ʒ.s.cinamomi gra.ij.velis addere.

Cùm verò vnica nõ ſufficiat purgatio, ſequens opiata maximè eſt profutura: non modò hoc in affectu,ſed in reliquis

quoq; ab humoribus aduſtis & acribus.

R. pulpæ tamarind. ʒ. j. caſſiæ in aqua violarum extractæ ʒ. j. s. foliorum ſennæ oriēt. ʒ. vj. vel loco illius, diaſennæ ſolu. ʒ. s. vel confectionis hamec tantundem, elect. de ſucco roſ. ʒ. ʒ. rhab. fero caprino irrorati ʒ. ij. cinamomi ℈. s. ſyrupi viola. quantū ſufficit, fiat opiata de qua capiat ſemel in hebdomade à ʒ. vj. ad ʒ. j. pro laborantis natura. Denique eadem ferè in hoc affectu, & in Eryſip. medicamenta laxantia exhibentur.

Tertium præceptum ad topica cōducit: quæ aliter quàm in Eryſip. ſunt præſcribenda: quandoquidem Eryſip. refrigerantia & humectantia recipit: herpes verò refrigerantia & ſiccantia requirit, quemadmodum phlegmones initium, niſi quòd in herpete valētiora ſint oportet. Quando itaque humor in partē influit: iuuāt ſolanum, lenticula paluſtris, rhus, vitis capreoli, ſummitates rubi, folia oleaſtri & ſalicis balauſtia, malicoriū, calyces glandiū & id genus: quorum capiemus ſuccos, aquas ſtillatitias, vel ea incoquemus, & addita farina hordei vel lentium cataplaſma cōficiemus. Sūntque ſequentia perutilia.

R. malicorij ʒ. iiij. rhois vtriuſq; m̄. ij. farinæ

farinæ hord.ʒ.iij.coquantur in vino austero,terantur,fiat cataplasma. vel,

R.arnogl.summitatū vitis,rubi,oleastri sing.m̄.j.balaust.pug.ij. fiat decoct. cape de col.ʒ.x.quib⁹ adde farinę hord. ʒ.j.far.lupinorum (ad resoluendū) ʒ.s. olei nymph.vel ros.ʒ.j. s.coquantur, & fiat puls,quæ applicetur : aut succus lapathi acuti diu in aceto macerati,applicetur:cui addere poteris puluerem balaust.gallarum viridium & alumen.

Humor posteaquā defluxerit, tū sufficient siccantia & discutientia minimè acria.Veluti sequens à Vigonio pscriptū.

R.succorū plant.& solani sing.ʒ.j. succi radicis lapath.ʒ.s. balaust. pug.j. ros. rub.ʒ.j.s.aluminis ʒ.j. aceti ʒ. ij. bulliāt ad aceti & succorum consumptionem: deinde terantur horā vnā in mortario plumbeo, addendo lithar. vtriusq; sing. ʒ. ij. cerussæ ʒ. j. tuth. ʒ. ij. si magis vis exiccare, adde scoriæ ferri præparatæ ʒ. ij. floris aëris ʒ. j. vel calcis lotæ tantundem. aut, R. Lanæ succidæ vstæ donec in puluerem redigatur ʒ. ij. cort.pini vsti & loti ʒ.j.s. adipis caprini ʒ.j.olei myrtini ʒ.iij.ceræ quantum sufficit:fiat vnguentum. Prosunt etiā emplastra de arnogl.& de duob⁹ malis pu-

nicis: quibus miſceantur balauſt. gallæ virides. Valent etiam vnguenta pō pholig. & album raſis & plumbi lamina, quę fuerit in aqua aluminoſa diu macerata.

Humor ſi ſua acrimonia vlcus effecerit, ſequenti decocto erit fouendum.

R. burſæ paſt. centinod. plantag. ſolani ſing. m̄. j. calycum glādium viridium, vel nucum cupreſſi ſing. paria. x. baccarū & foliorum mirti, malicorij & balauſt. ſing. ʒ. j. acac. & hypociſt. ſing. ʒ. vj. myrrhæ & thuris ſing. ʒ. v. fiat decoctio in aqua fabrorum, qua vlcus lauetur & foueatur: hic enim fotus partem roborat, vlcur deterget, ac humoris defluxionē cohibet à fotu verò aliquod ex ſuperioribus vnguentis, vt neceſſarium videbitur admouebis.

Cùm verò humor vſqueadeò acris fuerit, vt vlcus phagedęnicum excitet, quod mitioribus medicamentis haud quaquam cedat, ad valētiora recurrendum: diſſoluendi itaque trochiſci muſę, andronij, vel polyidę. Cùm verò exoleuerint, neque à pharmacopolis præparentur, ſoleo arſenicum ſublimatum optimè tritum cum vnguento albo miſcere, & eo elychnia imbuere atq; interea ambitum affectus vnguento de bolo munire,

munire, vel oxycrato, ne ob dolorem oriatur defluxio. Denique si magis magísque serpat vlcus, ad ferrum ignitum accedendum.

De herpete miliari. *Cap.* VII.

HVic quoque affectui medẽdo, aliquot canones sunt necessarij.

Primus vt diætam præscribas, quæ tũ bili, tum pituitæ aduersetur.

Secundus vt humores præpares ac purges: nam venæ sectio hîc etiam locũ nõ habet.

Præparationi verò & purgationi de superiori herpete præscriptis, addemus quæ pituitam coquunt & purgant, pró ratione mixtionis pituitæ cum bile.

Pituitam præparant incidentia, tenuátia, detergentia, aperientia, vt radices aperientes, iris, enula, betonica, melissa, hyssopus, sampsucus, ſtæchas & similia: inter syrupos: syrupus capill. ven. de bizantiis, de duabus & quinque radicibus, mel ros. oxymel simplex, syrupus de hyssopo, de ſtæch. oxymel scylliti cum. Purgantia sunt semen cartami, polypod. agaricus elect. de citro sol. diacart. diaphœnindum: quæ miscebuntur cum aliquibus ex iis quæ de Erysip. & de herp. exedẽte dicta sunt: medicamẽta

etiam pituitea fusius habebis cap. de Oedemate.

Tertius canon est, vt ad topica accedas: in principio quidē cōueniūt catap. de arnogl. cū puluere balaust. & gallarū viridiū, catapl. de duob⁹ granatis, succus rad. lapathi acuti in aceto diu macerate, cū dicto puluere & alumine: lapathū em̄ mollit & siccat, & acetum extinguit bilem. aut, R. gallarum, malicorij, balaust. boli arm. sing. ʒ. j. aquæ ros. ʒ. iij. aceti acerrimi ʒ. j. misce.

Ad discutiendum vti soleo aqua sublimata, vel succo asphod. vel succo smilacis asperæ, vel oleo de genista, extracto dum ea cōburitur: vel gummi prunorū dissol. in aceto acerrimo: alij piscium falsorū capita cremata in puluerē redigunt, vino diluunt, & applicant: alij lanam succidam vrunt, in puluerem redigunt, & cum aqua pecul. ros. miscent: alij capiunt ærug. ras. & sulph. sing. ʒ. j. aquæ sarmentorum vitis dum comburuntur extractæ quantum satis est ad linimentum conficiendum.

Ad herpetas manuum ex lue venerea.

Remedia vniuersalia sunt tibi ex ca. de morbo venereo petenda: pro topicis autem sic facito, Ex oleo nucum & cera linim

linimentum cõficito, cui addito pulueris præcipitati quantum videbitur. vel,

R. olei roſ. ſuccorum oxylapathi & citrang. ſing. ʒ. ij. muccag. ſeminis lini ʒ. j. axung. ſuillæ non ſalſæ ʒ. j. s. litharg. nutriti ʒ. ij. pulueris præcipit. ʒ. s. vel,

R. olei roſ. & chamæm. ſing. ʒ. vj. ſuccorũ oxylap. acetoſæ, enulæ camp. ſing. ʒ. iiij. ſuccorum fumariæ, ſaponar. plantag. ſing. ʒ. iij. bulliant ad ſuccorum conſumptionem, adde ſulph. viui aqua roſ. loti ʒ. j. ſtaphyſag. pyrethri ſing. ʒ. s. euphorb. ʒ. vj. maſtic. thuris, myrrhæ ſing. ʒ. ij. lithar. auri & ceruſ. ſing. ʒ. ij. s. cinabrij ʒ. x. mercurij in ſucco limonum extincti ʒ. vj. axung. veteris ſalis expertis ʒ. x. miſce, fiat vnguentum, quo calidæ partes vngantur & vicinæ earum. Vel hoc, à me ſæpe expertum,

R. ſuccorum oxylap. ſemperuiui, plantag. linguæ paſſerinæ, oleaſtri & maluarum ſing. ʒ. ij. aceti acerrimi ℔. j. farinæ lolij prius torrefacti, ſeminis naſturtij ſing. ʒ. iij. miſceãtur, & cùm aliquot dies quieuerint, abiici poterit acetum ſupernatans, & reliquo pars liniri. vel,

R. vnguenti enulati cum mercurio, vnguenti albi raſis, ſucci limonum ſing. ʒ. s. olei tartari ʒ. iij. arſenici in pulueré reda

redacti gra.iiij.caphuræ in aqua roſ.vel plant.lotæ grana iij. fiat vnguentum.

De Oedemate. Cap. VIII.

METhodus Oedematis curādi his ſcopis abſoluetur. Primus victū ſiccū,paululū calidū, & nōnihil tenuātē deſiderat. Aërē itaq; tenuē & ſiccū deligito,vel ſuffitib⁹ aut alio modo præparato. Vinum defæcatū,fuluū ſeu pellucidū & generoſum, vel aromatites exhibeto:Panē probè coctū, ac bene præparatum dato : veruecinas carnes,& aues mōtanas,aliáſq; euchymas,aſſas potiùs q̄ elixas offerto:iuſculis,oleribus, offis parce vtitor,in eiſq; hyſſopū,ſaluiam & ſimilia coquito,vſum leguminum,caſei omniſq; lacticinij,fructuum præſertim horariorū,immaturorū, crudorū, azymorū hoc eſt non fermentatorum, piſcium,niſi ſaxatilium, & eorum quidem vino auſtero cum ſaluia coctorū,vel aſſatorum, omnium denique quæ humectant,& ſanguinem pituiteum gignunt, prohibeto:parum cibi,minúſque potus propinato:aquam etiam in balneo, niſi aluminoſā,vel ſulphureā ne concedito. Sōnus nūquā quidē diurn⁹, ſed nocturnus,iſq; tibi breuis eſto:Corpus ante cibū,p̄ſertī partes loco affecto oppoſitas, exerceto

exerceto: aluũ fluidã & laxã sẽp habeto.

Humorum præparatio.

Secundus scopus tũ præparationem, tum purgationẽ humoris pituitei præscribit. Præparant calida & sicca tenuantia, incidentia, detergentia, aperientia, qualia sunt radices cyperi, acori veri, galangæ, ireos, enulę, apij, petro. graminis, asparagi, ruſci, fænic. lignum ſanctũ, folia beton. ſaluię, hyſſopi, meliſſæ, polij, pulegij, calamenti, origani, ſampſuci, abrotani, mentæ, abſynthij, camædr. camæpit. herbæ paralyſis, capillares communes, agrimonia, ſemina calida, & flores.

R. rad. ireos & galangæ craſſæ ſing. ʒ. vj. rad. apij. petr. aſpar. ſing ʒ. j. fol. betõ. meliſſæ, chamæd. herbæ paral. ſing. m̃. j. capil. communiũ ſing. m̃. s. ſeminis aniſi. fœnic. carui, cumini ſing. ʒ. ij. ſeminis melonum contuſi ʒ. vj. paſſul. mandatarum par. ß. ſeminis cartami contuſi ʒ. ij. ſennę orient. ʒ. j. s. florũ geniſtæ, cicerũ rub. ſtæch. & bug. ſing. pug. j. fiat decoctio: cape de col. ℔. ij. in quib⁹ diſſolue mel. roſ. col. & ſyrup. de abſyn. ſing. ʒ. ij. ſach. quãtũ ſufficit. nucis moſc. (ſi capitis habẽda ratio) vel arom. roſ. (ſi ventriculi) ʒ. ij. s. fiat apozema clarific. &

arom

aromati.pro vj.doſibus.

R.mel.roſ.col.ſyrupi acetoſi ſimp.ſingul.ʒ.iij.aquarū meliſſæ,ſampſuci,bugl. ſing.ʒ.iiij.pulueris cinamomi & macis ſing.℈.ij.fiat iulep.clarific.& aromat.pro quatuor doſibus. Vel valentius,

R.ſyrupi de hyſſopo,ſyrupi de ſtæch. & oxymel.ſcyl.ſing.ʒ.ij.s.aquarū ſaluię, beton.fœnic.& ſampſuci ſing.ʒ.iiij.pulueris cinamomi & aroma. roſ. ſing.ʒ. j. fiat iulep.pro v.doſibus.

Poſtea ꝑſcribes med.purg.hoc modo,

R.diaph.ʒ.ij.indi maioris ʒ.j.s.cathol. ℥ s.ſacch.quātū ſufficit,fiat bol⁹, vel diſſoluāt in ʒ.4.aquæ betō.vel meliſſę.vel,

R.elect.diacart.& de citro,ſolut.ſing. ʒ.s. vel,

R.medul.ſeminis cart.cōtuſi ʒ.iij.ſennæ orient.ʒ.ij.agarici troc.ʒ.j. fiat leuis decoctio in col.ʒ.iiij.diſſolue elect.diaturbith (ſi vires valeāt) vel de citro ſolut.ʒ.iij.ſyrupi roſ.ſolut. (qui humorem ſeroſum educit)ʒ.j.fiat potus. vel,

R.maſſæ pilul.de agar.& aggreg.ſing. ℈.ij.miſ.& cū aqua betō. fiāt.pil.vij. vel,

R.maſſæ pilul.cocchiarū, & arthriticarum ſing.ʒ.s. vel,

R.maſſæ pil.imperial.& fœtid.ſing.ʒ. s.miſce.& cū aquā abſynt.fiant. pil.vij,

Vomitus

Vomitus quoque commendatur, potissimùm si tumor est in partibus inferioribus ad reuulsionẽ, idque nisi ægrotus sit ad tabem propensus. Excitabitur verò potu olei cõmunis, vel oxymel. vel decocto sem. atripl. nasturtij, raph. & erucæ, cũ syrup. acetos. simpl. vel oxymel.

Tertius scopus ad medicamẽta vẽtriculũ cõfirmãtia, tã sũmpta q̃ admota refertur, vt sũt opiatę, tabellę & vnguẽta.

Ad ventriculum roborandum assumenda.

R. coriand. cõditi ʒ. iij. anisi & fœnic. sing. ʒ. j. pulueris diacydoni. sine aromatib⁹ ʒ. ij. cinamomi elect. ℈. iiij. pulueris aromatici rosati ʒ. ij. fiat puluis, de quo post singulos past⁹ sumat cochlear vnũ & à potu postea abstineat. Si saccharum addideris, erit quidem puluis iucũdior, sed minus efficax: sic autẽ calfacit, flatus discutit, & os superius vẽtriculi claudit.

R. conseruæ florum ſtæchad. & rorismar. sing. ʒ. j. corr. citri saccharo conditi ʒ. s. myroba. embelit. sacch. condit. asũ ʒ. iij. pulueris elect. de cinamomo. ℈. ij. cũ syrupo conseruationis corticis citri, fiat opiata, de qua capiat sesquihoram ante singulos past⁹ instar nucis: vel vna-

tur

tur confect. aromatici rosati, vel bis in hebdom. capiat theriacę vet. ʒ. j. quinque horis ante pastum. aut,

R. confect. aromat. ros. ʒ. j. pulueris diagal. ϑ. j. pulueris coral. & santali citrini sing. ϑ. s. cort. citri cōditi, cōseruæ ros. veteris sing. ʒ. j. s. sacchari in aquis mentæ & absynthij dissoluti quantum sufficit, fiat elect. in formā tabellarum pōderis ʒ. ij. capiat vnā manè quotidie.

Ad ventriculum roborandum applicanda.

R. oleorum lentisci & mastiches ac ros. sing. ʒ. j. s. nucis mosc. charyoph. singul. ʒ. j. cort. citri sicci ϑ. ij. vtriusque coralli sing. ʒ. s. florum chamæm. & anethi sing. ϑ. iiij. spicæ nardi squinanthi sing. ϑ. j. aceti parum, cerę quantum sufficit, fiat vnguētum pro regione ventriculi.

R. massæ emplastri pro stomacho ʒ. ij. cerati Galeni emendantis vitia stomachi ʒ. j. s. terebin. modicū fiat emplastrū, quod regioni ventriculi admoueat. aut,

R. coriand. præparati ʒ. iij. florum rorismā. & chamæm. sing. pug. j. fol. balsamitæ seu mentæ aquaticæ, & cichorij sing. m̄. s. ros. rub. pug. j. s. caryoph. galangæ crassæ, macis sing. ʒ. j. s. redigātur in pulueren, qui xylo (bombacem vocāt) excipiatur, fiátque sacculus interpunctus

ctus in formam scuti, & ventriculo applicetur.

Topica œdematis.

Quartus scopus est in vsu topicorum remediorū: quæ initio certè mediocriter repellāt. Nam humor efficiens œdema, cùm soleat esse crassus, medicamentis valenter repellentibus nimis impingeretur: nō enim facilè retrocedit, quāquam solet permisceri serum sanguinis veluti vehiculum, sed hîc de vero œdemate loquimur: in quo initio repellētibus vtimur potiùs ad partem cōfirmandam, quàm ad humorem propellēdum, quibus etiā discutientia miscemus: vt cùm oxycratum ex duabus aceti partibus & vna aquæ in corporibus durioribus admouemus: eo spongiā nouā, vel præpararam aphronitro, vel aliquo salis genere imbuentes: nā acetum non modò repellit, sua frigiditate, sed incidit & tenuat, & sua ficcitate resoluit: spongia quoque, vel noua, vel præparata, resoluit. Alij bolum armenium, cupressi nuces, & alumen apponunt: quod sine discutientibus fieri non debet, ob dictam causam: idem sentiendum de aliis astringentibus, initio etiā & in decursu, vsque ad statum proderunt sequentia.

R. lixiuij acerrimi ex cineribus caulium, ſarmentorũ vitis, ficus & tartaro confecti, quãtum videbitur: cui adde aceti & olei modicũ, & eo imbuta ſpongia pars tepidè foueatur. Tunc enim fotus debent eſſe tepidi, ne frigore magis impingãt, & incraſſent, & calore magis attrahant, quàm repellant & diſcutiant. Poſt fotũ confert cataplaſma de caulibus: fit autem ſi in dicto lixiuio braſſicæ ℔.ij. coxeris, & teras in formã catap. aut dicto lixiuio adde ſal & alumẽ, & fiat fotus, & ſpongia ſuperligetur.

aut,

R. nucis cupreſſi, ſquinanthi, farinæ hordei & lupinorum ſing. ℥.ſ. blactę bizãtiæ, aluminis ſing dr.ij. ſeminis papaueris ℥.iij. aloës myrrh. ſing. ℥.j. croci ℈.j. ſucci braſſicæ & aceti quãtum ſufficit, fiat cataplaſma: addes ſi vis acacię & hypociſt. ſing. dr.ij. ſtercoris columb. & caprini ſing. ℥.iij.

aut,

R. cinerũ ſarment. vitis, ficus, braſſicę & tamariſci ſing. pu.j. fol. ebuli & tamariſci. ſin. ℔.ſ. boli arm. ℥.j. ſ. aquę in qua ferrum fuerit extinctum ℔.iij. aceti acerrimi ℥.iiij. fiat decoctio ad conſumptionẽ tertiæ partis, & foueatur tumor & faſcia eo madida ſuperligetur, admoto prius ſequenti linimento. Poſtea,

R.

R. cineris brassicæ ʒ.ij. axun. suillæ ʒ. iij. fiat vnguẽtum, loco cineris brassicæ, cape cinerem illicis, vel ficus. vel,

R. bŏli arm. acacię sing. ʒ.j. cyperi ʒ. s. aloës, myrrhę sing. ʒ.v. croci. ʒ.s. succi brassicę ʒ.ij. olei ros. ʒ.iiij. aceti ʒ.j.s. cęræ quantũ sufficit. fiat vnguentũ. Quando iam nulla est defluxio solisque resoluentibus opus, &c facito, R. sulph. ʒ.j. ster. columb. ʒ.x. farinę fab. ʒ.j.s. mellis tãtillum, succi brassicę, vel decoctionis asphodel. quantum sufficit, fiat cataplasma, post fotum præscriptum. aut,

R. succi ebuli, sambuci, oxylap. leuistici, fœnicu. sing. ʒ.j. vnguenti dialth. ʒ.iij. mel. ʒ.j. olei de absynth. vel irini vel chamęm. ʒ.ij. coquãtur ad succorum consumpt. fiat linimentum. R. fol. ebuli, sambuci, absynth. sing. m̃.j. aluminis sulph. & salis sing. ʒ.s. fiat decoctio qua foueatur locus, & magma teratur addendo dialth ʒ.ij s. axung. suillæ ʒ.j.s. mel. ʒ.j. fiat cataplas.

R. rad. cucu. agr. ʒ.ij. origani vel brassicæ m̃.j. farinę hord. ʒ.j. coquantur, terantur. & fiat catapl. aut ex stercore bubulo, sulphure, melle, aceto cum decocto brassicæ, aut origani, fiat cataplasma.

Ad dolorem.

Si dolor adsit, cape œsypi ʒ.j.s. passi, olei chamęm. vel anethi vel de absynth. ʒ.j. fiat linimentum.

Cùm œdema indureſcit.

Cùm œdema in duritiē abit, ſequentia profunt.

R. axung. bubulę ʒ.iiij. galb. bdel. ammon. in aceto diſſolutorū ſing. ʒ.j.s. picis ʒ.ij. terebinth. ʒ.iij. myrrhæ ʒ.iij. corticis thuris dr.ij. olei veteris ʒ.iiij. fiat vnguentum. R. muccag. alth. lini & fœnugr. ſing. ʒ.iiij. farinę hord. ʒ.iij. axun. gal. & olei de lilio ſingu. ʒ.ij. butyri ʒ.j. croci ℈.j. vitellos ij. coquantur muccag. & farina lento igni, poſtea reliqua adiiciantur. Si addideris ammoniacū, bdel. galb. ſtyracem liquidam, erit vnguētum omnibus tumoribus frigidis & duris profuturum.

Ad ſuppurandum.

Cùm tumor diſcuti non poteſt, ſed in abſceſſum abit, R. rad. alth. ʒ.iiij. rad. lil. ʒ.ij. caricarum par. v. florum chamęm. & melil. ſing. pug. j. farinę hord. & fœnug. ſing. ʒ.j. coquantur, terantur addendo pingued. gal. butyri recentis, olei lil. & chamæm. ſingul. ʒ.j. fiat cataplaſma.

vel,

R.

R.rad.alth.& lil.fing.ʒ.iiij.rad. bryo. & cucum.agr.fing ʒ.ij.olei lil. ℔.s.olei de coſto ʒ.iiij.vini ʒ.iij.coquatur ad vini cõſumptionem,terantur & adde farinę ſeminis lini & fœnug.fing.ʒ.ij.fermẽti ʒ.j.s.ping. anſeris & anatis fing.ʒ.iij. miſce.fiat catapl. aut,

R.rad.lil.ʒ.ij.cepe ʒ.ij.s.alth.& mal. fing m̃.j.s.chamęm.& melil.fing.pug.j. farinę ſeminis lini & fœnug.fing.ʒ.j.co quantur,terantur,addendo axung.ſuillę ʒ.iiij.fiat catapl. Ad eandem rem iuuat diachylon ireatum magnum. Eminẽtiori loco appones ſtercus columb. ſemen ſinapi,limaces & galbanũ ſimul mixta. Aperta vomica,ad detergendum vteris mundificatiuo de apio, vnguẽto apoſtolorum:inſuper emplaſtro diuino & diachylo cum gummi poſtea diacalci.

Oedema quando eſt alterius morbi ſymptoma vt hydropis, phthiſeos, cacheriæ,nullam propriã habet curationem.Curari enim nõ poteſt niſi affectu, ex quo naſcitur, profligato:tamen præſcripta victus ratione quæ pituitę, flatibus & ſero ſanguinis aduerſetur ac medicamentis laxantibus & ventriculo cõfirmato,loco affecto apponenda ſpõgia oxyrrhodino imbuta,cui inſit aliquid ſa

lis,& alia quorũ antè meminimus. Dolore verò vrgente, vtendum aliquo oleo calaſtico, quod relaxare, doloremque leuire valeat: quale eſt oleum chamęm. anethinum, de lilio, rutaceum: vel lana ſuccida, ſapa, oleo, & aceto imbuenda & applicanda.

De tumore flatuoſo. *Cap.* IX.

PRimùm huius tumoris abſumendi cõſilium ad victus inſtitutionem eſt referẽdum. Victus autem calidus & ſiccus eſto: ſibi nullos humores pituiteos, nullos craſſos, aut viſcidos, nullóſq; flatus pariunto: eóſque potiùs diſcutiũto: Proinde legumina, lac, caſeum, rapũ, caſtaneas, fructus crudos fugito, reliquáque omnia, quæ de victus ratione cap. de Oedem. dicta ſunt, obſeruato.

Secundum conſilium ad humorũ præparationẽ & purgationem cõducit. Clyſteres itaq; ex diſcutientibus flatus inijcito: humores pituiteos, craſſos & viſcidos apozemate, vel zulapio, ex incidentibus & tenuãtibus, vt in œdemate præparato: quibus flatus diſcutientia miſcero: cathartica quoque vt in œdemate, additis flatus diſcutientibus exhibeto.

Tertium conſilium iubet vẽtriculum cõfirmari ac corroborari: tum vt flatus iam

iam geniti resoluatur, tum vt noui non renascatur, tum vt pituita, quæ flatuum est materia paulatim absumatur. Cõfirmabitur verò partim assumptis, partim admotis, iis nimirum quæ de cœdemate præscripsimus: tamen pulueri quo à pastu vtendũ diximus, addes seminis carui & cumini cõditorum, sing. ʒ. j. vel aug bis dosim anisi & fœniculi, vel solis illis seminibus conditis veteris. Et in augmẽto, loco oleorum rosacei, & lentiscini, vtendum oleis nardino & rutaceo.

Quartum cõsilium hortatur, vt densa rarefaciamus, crassum spiritũ attenuemus medicamentis, quæ tum calida sint & sicca, tum etiã tenuia: vt spiritus ille seu vapor crassus attenuetur, discutiatur & resoluatur: quibus anodyna quoque sunt permiscenda, præsertim in principio: flatus enim distendunt, & ita vehementem dolorem excitant. Flatus discutiunt semina anisi, fœnicu. dauci, carui, cumini, seseleos, apij, petro. rutæ, baccæ lauri & iuniperi, omnia aromata, omnia ferè calfacientia & siccantia olea, irinum, laurinũ, rutaceũ, nardinũ, costinum, ricininiũ, de spica, de nucibus, de euphorbio, de piperibus. Ex quibus omnibus, cum iis quæ de cœdemate cu-

rando ſunt præſcripta, varia topica con ficiemus.

Topica ad flatus diſcutiendos.

Alij tumori flatulento decoctũ hyſſo pi cũ oleo rutaceo applicãt: alij lixiuiũ cum nitro & aceto cõficiunt, & ſpongia eo imbuta tumorem fouent: alij coquũt parietariã, centaurium, ſemina aniſi & fœni, dauci, carui, cumini, flores chamę anethi, ſtæch. anthos, mei, furfur in aqua & vino albo, locúmque fouent ſtupis lini eo decocto imbutis. Poſtea vnguentum conueniens admouẽt: alij decocto nem veſica bouis cõcludunt & applicãt: alij emplaſtro de baccis lauri, vel de ẽmine ſinapi vtuntur: cuius deſcriptionẽ habebis capite ſequenti: alij panem de clybano recens eductum, oleo nardino, rutaceo, coſtino, mixtis ſeminibus diſcutientibus imbuunt, atq; admouent: alij locum liniũt oleo anethino & chamęm. Poſtea vino decoctionis ſtercoris colũbini & aliorum diſcutientium fouent: ſequentes quoque formulæ ab autoribus commendantur. R. olei chamę. anethi, amyg. amararum, & rutæ ſing. vn. j. vini albi vn. iij. ſeminum aniſi, fœni. dauci, cumini, carui, ameos & rutæ, ſing. vn. j. ſ. bulliant ad vini conſumptionem &

ex

exprimatur: expressioni adde cerę quā-
tum sufficit, fiat vnguentū. Galenus ca-
pit passi quart. j. olei anethini & saponis
mollis sin. vn. ij. & lanā succidā, vel spō-
giam eo liquore imbutā applicat: aut li
xiuiū acre miscet oleo & sapæ, vel vino
austero, & ea mixtione fouet. vel,

R. olei anethini, rutacei, laurini, costi
ni & de spica & mastiche sing. ℥. j. fol. ca
lamenti, centaurij, absynthij, sampsuci
in puluerem redactorum sing. ʒ. j. se-
minis fœni. cumini, rutæ, lupinorū, & bac-
carum lauri puluerisatorum sing. dr. ij.
mellis crudi quantum sufficit, fiat for-
ma vnguenti, R. milij ℔. j. s. salis ℔. j. fo.
artemisiæ, sampsuci singu. m. s. seminis
fœnug. cumini, carui sing. ℥. j. florū cha-
mæm. meli. stæch. rorismar. singu. pug. j.
terrefiāt omnia in sartagine, fiantq; duo
sacculi qui vino generoso irrigati, calē-
tes vicissim applicentur. postea,

R. rad. gentianæ ℥. j. fo. agrimon. cala-
menti & origani siccorum sing. ℥. s. ru-
biæ tinct. dr. iij. squinathi, mastiches sin.
dr. j. s. spicæ nardi & croci sing. ℈. iiij. a-
quæ vitæ ℥. j. s. oleorum anethi, nardi, de
castor. sing. ℥. iiij. cerę quantum sufficit,
fiat vnguentum: vbi cætera omnia non
profuissent, expertus sum hoc tumorem

flatuoſum in genu ex morbo venereo omnino curaſſe, quod recipit propoleos.i. fęcis ceræ nouæ ex prelo ℔.j.s. (quãuis aliud propolis Plinio ſignificet) micæ panis ſyncomiſti ℔.s. roſarũ rubr.℥.j. bulliant in vino albo: pinſatur, adde piper, garyophylli, nucis moſcat. zinzib. ſingu. dr. ij. cumini, aniſi, fœniculi, apij, ameos añ ℥.s. fiat catap. cum olei chamæm. aneth. & rut. ſing ℥.ij. apponatur calidè loco prius in ſuperficie ſcarificato. Flatus verò ſi diuerſas in parteis deerret atque diſcurrat, cùm in aliqua parte ſubſtiterit, ea ſuprà infráque ligetur, ac tumor ferro candenti vel nouacula aperiatur: & vulneri emplaſtrum ex aloë, bolo arme. oleo roſaceo & aceto mixtis applicetur.

De aqueo tumore. *Cap.* x.

AFfectus huiuſmodi expetit primò victus rationem, quam in œdemate obſeruandam eſſe diximus: vtatur æger carnibus euchymis, coctu facilibus & aſſis, pane ſalſo, bis cocto & cui puluis anethi miſceatur, ſi fieri poſſit, nullo modo bibat, aut exigua vini generoſi non diluti quantitate vtatur: omnia aquoſa tanquam nocentiſſima fugiat: vt

ſunt

ſunt fructus, herbæ recentes & piſces.

Corporis præparatio.

Secundò corpus præparandum, meatúſque reſerandi ſequentibus.

R. herbarum capil. communium, pim pinnel. piloſel. ag. limon. cham. edr. chamæp. ſingu. m̃. j. quatuor ſeminum frig. maiorum ſing. dr. ij. ſeminis apij, petro. halicaca. (alcecengi vocant) ſeminis aſparagi ſing. dr. j. s. cicerum rubr. pug. j. florum ſambuci & geniſtæ ſing. pug. j. s. fiat decoct. in col. ℔ j. s. diſſol. ſyrupi capil. ven. & ſacch. ſing. ʒ. iij. aroma. roſ. & cinamomi ſing. dr. j. fiat apozema clarific. & aromat. pro v. doſibus. vel,

R. ſyrupi capil. ven. de biſantiis & de quinque radicibus ſing. ʒ. ij. s. aquarum apij petro. & graminis ſing. iiij. pulueris diagallan. & cinamomi ſingu. ℈. ij. fiat iulep. clarifi. & aromat. pro iij. doſibus, & ſi videtur erit repetendum.

Purgatio.

R. paſſul. mund. vn. j. ſeminis aniſi, fœnic. apij, petro. halicacabi ſingu. drac. ij. braſſicæ marinæ m̃. j. partem tertiam medullæ ſeminis cartami & ſennæ orient. ſingu. drac. vj. agar. drach. j. florum cicerum rubr. & geniſtæ ſingulor. pugillum j. fiat decoctio: cape de col. vnc.

iiij. in quibus dissolue diaphœn.& indi maioris sing.drac.j.s.syrupi ros.solutiui ℥.s. fiat potus:aut vtatur elect. diacart.vel de citro solu.vel pilulis de hiera.alephãg.de agarico.Pilulæ de mesereo,de cucum.agresti sunt valentiores, quàm vt quis tutò vti possit: nã ventriculum & hepar redderent imbecilliora, atque ita augerent affectum.

Ad confirmandum ventriculum & hepar.

Tertiò roborandæ sunt partes nutritoriæ vt ventriculus & hepar:ventriculus cõfirmabitur,quemadmodũ in œdemate dictum est:proderit etiã vsus theriacæ vete.mithridatij, aureæ alexãdrinæ.In opiata etiam conferent,conserua florum genistæ, zinzib.viride,diagalanga,arom.ros.diarhod.Externæ verò parti ventriculi hæc admoueantur : panem ex clybano recens extractum,& in vino generoso maceratum,puluere galangæ. pip. caryophyl. nucis mosc. masticbes, seminis anethi,cumini , rutæ,chamæm. respergito,& calentem appliçato : alterúmque similiter paratũ habeto : quem vbi prior refrixerit apponito.

R.baccarũ lauri,seminis nigel.romanæ & rutæ singu drac.iij. coquantur in vino & oleo ad cõsumptionem vini, ad-

den

do caſtorei ʒ.j.(ſi vẽtriculus ſit frigidus nimiũ) terantur, & vngatur ventriculus manè & veſperi longè à paſtu: Potes addere ſquinanthum, cardamomũ, ſpicam nardi, piger, caryophy. nucem moſc. & ſimilia, & prætermittere caſtoreum, ob tetrum odorem. aut,

R. ladani puri, reſinæ pini ſing. vnc. j. ammo. bdel. ſin. drac. ij. cardam. ſquinãt. ſing. ʒ. j. ſ. ſpicæ nardi, charyoph. ſin ℈. j. baccarũ lauri, ſeminis apij & leuiſt. ſin. drac. j. ſ. florũ chamæm. roriſm. roſ. rub. ſingu. pug. ſ. olei irini vnc. vj. ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum pro ventriculo.

R. cerati ſantal. ʒ. ij. ſeminis apij, petro. & end. ſing. drac. j. troc. de caph. ʒ. ſ. ſpic. nardi, ſquinãt. ſing. drac. ij. olei nardini & de abſynt. ſing ʒ. iij. miſce, fiat linimentum, addendo in vſu ipſo modicum aceti, liniatur regio hepatis.

Topica ad aquam abſumendam.

Quarto, loco affecto admouenda topica quæ digerant & aquam abſumant. Galenus ſpongiam nouam oxyrrhodino, cui ſal permiſtũ ſit, imbutã, apponit: vel lixiuio ex cineribus ſarmentorum, caulium, ficus, ilicis, quercus & tartaro, addito ſale, vel aphronitro, vel ſulphure,

re, fouet: alij addunt etiã lixiuio ariſtol. rotundam, ammoniacũ & bdelliũ, & ita fouent: priùs tamen locum vngunt oleo anethino, vel de abſynt. vel rutaceo: alij addunt terebinthina & cerã, ne pars lixiuij mordicationẽ tã faciẽ ſentiat. aut,

R. ſalis nitri drac. x. pip. & baccarum lauri ſing. ʒ. j. olei laurini ʒ. vj. cerę quãtum ſufficit, fiat linimentum: alij huic addunt pulpam paſſularum. aut,

R. rad. ireos & cucum. agreſtis, nucum cupreſſi, oſſis tibię hominis, cinerũ radicis braſſicæ, ſing. drac. ij. chryſocol. & nitri ſingul. drag. j. olei anethini & ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum.

Emplaſtrũ de ſemine ſinapi, quo nullum excellentius excogitari poteſt, tam in tumore aquoſo, quàm flatulento.

R. ſeminis ſinapi, ſeminis vrticæ, ſulph. ariſtol. rot. ſpumę maris, bdellij. ſing. ʒ. j. ammo. olei vet. & cerę ſin. ʒ. ij. fiat emplaſtrum.

Prodeſt quoque huic intentioni, emplaſtrum apoſtolicum chirurgicum.

De abſceſſu phlegmatico. Cap. XI.

ABſceſſuum phlegmaticorũ multæ ſunt differentię: quæ apud Galenũ continentur ſub tribus nominibus, nimirum ſub atheromate, ſteatomate, melic

liceride. Arabes verò alios vocant nodos, alios ſcrophulas, alios grandulas, alios teſtudines, lupias, natas, botia, qui omnes affectus in curandi ratione eandem habent diæteticen & pharmaceuticem, hoc eſt victus ratione, & medicamenta purgantia cũ œdemate, tamẽ victus paululũ tenuior & ſiccior ſit oportet: ſuntq; humores craſſiores magis tenuãdi, nonnunquã venę ſectio iuuat: nimirũ cùm plethoræ adſunt inditia, apozema vel iulep. ex incidẽtibus, tenuantibus, detergentibus & aperientibus, de quibus in œdemate ſcripſimus, locum hîc quoq; debet habere: profutura ſunt etiã mel roſ. col. ſyrupus acetoſus ſimpl. oxyſacch. oxymel ſimplex, ſyrupus de bizant. de hyſop. de duabus & quinque radicibus, de ſtæchade & oxymel ſcylliticum cum aquis primulæ veris, betonicæ, hyſſopii, meliſſæ, fœnic. ſaluiæ & ſimilibus.

In purgationibus iuuant ſemen cartami, polypod. quercinum, agaricus, colocyntis, eſula, turbith, euphorbium, ſed hæc tria poſtrema valentiora ſunt, quibus nemo debet vti niſi exigua quantitate & in robuſtis corporibus, & eorum vis, aliorum mixtione obtuſa fuerit: in

eodem

eodē ordine eſt helleborus albus. Proſunt etiam diaphœnicum, indū maius, electuar. diacart. & de citro ſolut. Pilulæ quoq; de agarico, de benedicta, cocciæ fœtidę, arthriticę, de hermodact. de ſarcoc. de ſagapeno, de opopanace, de euphorbio.

De ſtrumis. *Cap.* XII.

PRimus earum curandarū ſcopus eſt in victus ratione, quæ ſiccet, moderatè calfaciat, & humores attenuet, adhuc magis quā in œdemate, fames vtilis, ſatietas noxia, quies & otium mala, exercitatio antę cibum optima. Vſus aquarum ſulphurearum & aluminoſarum vtilis.

Secundus ſcopus eſt in vſu medicamentorū incidentiū, tenuantiū, detergētium, aperiētiū, vt de œdem. & proximo capite dictum eſt. Proſunt radix ireos & cortex ſambuci, cocta in vino albo, & decoctioni addes nōnihil zinzib. huiuſmodi enim decoctū incidit, tenuat, aperit, tergit, ciet vrinam, quod vtile eſt in hoc affectu. frequens vſus pilularum de hiera ſimplici laudatur, ad ventriculi & inteſtinorū pituitā deiiciendā. Si autem totū corpus es purgaturus, veteris pilulis de agarico, cocciis, & aliis proximo capite

pite numeratis. Si pituitā velis eliquare, & educere, proderent quæ in fine superioris capitis positæ sunt: nēpe pilul. de fagap. de opopan. de helleboro, de euphorb. Superioris seculi medici laudāt puluerē ex æquis partibus turbith. zinzib. & sacch. cuius dosis erat vsque ad drac. ij. à recentioribus verò improbatur: quòd non sit nobis laudatū turbith.

Puluis ad absumendam paulatim pituitam.

Tertius scopus est in vsu puluris sequentis ad materiam (vt loquuntur) antecedentem paulatim absumendā, quod efficit, tum manifestis qualitatibus, tum (vt aiunt) à proprietate.

R. rad. aristol rotūdæ, raphani, & spatulæ fœtidæ. sing. drac. j. fol. pimpinnel. piloscl. rutę maioris sin. drac. ij. scrophulariæ, philipend. sing. ʒ. s. seminis anisi ʒ. ij. zinzib. drac. j. turbith. optimi, sennæ orietalis sin. dr. iij. sacch. albissimi ʒ. iiij. fiat puluis, de quo capiat quotidie manè cochlear vnū cū vino albo, vel aqua geniſt. Guido verò capit prædicta, eáq; in vino albo coquit ad medias, tertio quoque die quartū vnum decoctionis exhibet Galenus theriacæ veteris, athanasiæ, & ambrosiæ vsum approbat: valet quoque vsus aureæ alexandrinæ, & alia

ad ventriculum roborandum de œdemate dicta.

Topica ad ſtrumas.

Quartus ſcopus mollientibus, incidentibus, tenuantibus & digerentibus topicis medicamentis perficitur: quorũ nonnulla ſubſcribam, quæ affectu maximè prodeſſe ſæpenumerò ſum expertus: quorum primum eſt Galeni.

R. olei antiqui vel liliorũ vel laurini ʒ.xij. picis ficcæ ʒ.vj. ladani ʒ.iij. litharg. ʒ.xij. galbani ʒ.iij. ſtyracis ʒ.ij. miſcent quoque ærug. raſilis drac. xiij. ſed quia bullas excitat & excoriat, parùm probatur. Lithargyrum cũ oleo coquendum donec incraſſetur: poſtea addatur pix & reliqua aliis ſubductis ab igne, præter æruginem raſilem: quæ ſi concoquatur, nonnihil de ſua violẽtia remittit, & fiat forma emplaſt. aliud quod inter chirurgos magnum ſecretum putatur.

R. rad. bryon. cyclam. cucum. agr. althææ, lilij cæleſtis ſin. ʒ.ij. coquãtur perfectè in vino albo & terantur: deinde ammon. in aceto ſcyl. diſſoluti, bdellij & opop. in oleo ſeſamino diſſolutorũ ſing. ʒ.j. ſtercoris colũbini & caprini ſing. ʒ.j. s. ladani & ſtyracis, calamitæ ſingul. ʒ.s. picis nauallis quantũ ſufficit, fiat maſſa em

emplaſtri: Vel ſequens optimum & ſæpe expertum ad molliendū omnem tumorem durum, & humorem diſcutiendum.

R. rad. ireos ʒ. iij. perfectè coquantur in aceti & mellis communis ſing. ʒ. viij. terantur & addantur terebint. reſinæ & dialth. ſing. ʒ. iij. pulueris cumini & fœnug. ſing. ʒ. j. fiat forma emplaſtri. vel,

R. ſtercoris bubuli, caprini, columbini & anſerini ſingu. drag. ij. farinæ hord. lupinorum & lolij ſing. drag. ij. ſ. farinæ. lini & fœnug. ſin. drag. iij. ammon. b del. lij & galbani diſſolutorum in aceto ſing. ʒ. ſ. mellis quart. j. ſucci ebuli & caulium ſing. ʒ. iij. axung ſuillæ quantum ſufficit, fiat forma vnguenti. vel,

R. cinerum limacum ʒ. j. axung. ſuillæ quart. ſ. fiat vnguentum.

R. ſinapi & ſtercoris columb. ſing. ʒ. ij. micæ panis albi ʒ. 4. mel. ʒ. iij. aceti lb. ſ. coquantur omnia ad craſſitiē emplaſtri.

Iuuant etiam diachylon magnum & commune cū pulnere ireos. Emplaſtrū Guidonis de limacibus in vino aut lixiuio coctis, farina lupinorū amarorum in oxymelite cocta & illita. Stercus quoque bubulū in aceto coctū & appoſitū: Groſſi etiam, præcipuè caprifici cū axungia applicati. Quæ nō poſſunt prædictis

diſſolui & abſumi, ad ſuppurationem ducentur aliquo ex ſuperioribus medicamentis: vomica aperietur ferro, aut medicamento, vlcus tergebitur mundificatiuo de apio, aut vnguẽto apoſtolorum ægyptiaco, puluere mercurij, diachylo: aut apoſtolicũ chirurgicũ ſuperponetur. Deinde carnẽ gignentibus & cicatricem inducentibus, vtendum.

De Ganglio. Cap. XIII.

GAglion, glandula, nodus & lupia, eandẽ propemodùm curationem ſortiũtur. Primò itaq; victus ratio præſcribatur. Secundò humores præparentur & purgẽtur. Tertiò ventriculus confirmetur: quæ omnia fiẽt quemadmodũ capite ſuperiori & capite de œdemate declaratum fuit. Quartò ad topica progrediendum quæ molliendi, eliquandi & diſcutiendi vim habebunt.

R. emplaſtri oxycrocei ʒ. j. muccag. altheæ, lini & fœnug. ſing. ʒ. v. euphorb. ſagap. ammon. ʒ. iij reſinæ drac. vj. ceræ albæ drac. iij. diſſoluantur gummi in aceto, fiat emplaſtrum.

R. muccag. alth. lini & fœnug. ſin. ʒ ij. s. oleorũ chamæm. liliorũ, & ireos ſing. ʒ. iij. olei ſambu. ʒ. ij. coquantur ad conſumptionẽ muccag. poſtea miſce gũmi

e m

ammon.bdellij,opopan.& ſagap.in aceto diſſolutorum ſing.ʒ. j.ſ. axung.anſeris & anatis ſing.ʒ.j. axung. ſuillę veteris,& ſalis expertis ℔.ſ.medullæ cruris vituli & cerui ſing.ʒ.x.ſpumæ maris. ʒ. ſ.fiat vnguentum.

R.foliorum ſambuci pug.j. ſalis modicum:maſticētur ſimul, & in ganglion fricetur donec tabeſcat, ante vſum ſuperioris vnguenti.

Vbi ganglion, vel nodus eſt emollitus,ſtatim ſublato medicamento, dum adhuc locus calet, pollice ganglion vehementer cōprimendū,donec diſſoluatur:deinde plumbi lamina mercurio va lenter confricanda,& loco alliganda in nouem dies.Ego ſæpe gāglia ſeu nodos in carpo exiſtentes frequēti cum ſaliua frictione curaui,abſque aliorū medicamentorū vſu. Si ganglion medicamētis nequaquā ceſſerit, ferro eſt reſecādum, niſi ſit in manibus aut pedibus,aut periculum immineat,ob neruos,venas & arterias,quibus nōnunquam implicatur. Glandulę proſunt ſuperiora, aut nucū cupreſſi ʒ.j.tres ficus acerbas(caprificos vocāt)cū ſucco ſambuci miſce,& appone:aut ammoniacum in aceto acerrimo eliquatum, vel emplaſtrum de bdellio:

quæ omnia alios quoque tumores duros adiuuant: lupia denique iisdē medicamētis eſt eliquāda & diſſoluenda, aut ſectione amputāda, vt & glādula. Quēadmodū nos fecimus his diebus etiam prope iugulares venas ſucceſſu fœlicisſimo. Abſceſſus qui tenui ac graçili ſunt radice, vinculo ſericeo ad radicem ſunt arctè vinciendi, & quotidie vinculū arctius eſt conſtringendū, donec iam illis nutrimentū pereat. Tunc enim turò ſecabātur: aut ex ſeſe cadēt: & poſtea aliorum curationē ſubibunt. Vinculum autem cericeū priuſquā applicetur aliquot horas in aqua ſublimata maceretur & exſiccetur: atque ſic fiat viciſſim ter aut quater: hoc pacto verrucam penſilem magnam in linguæ extremitate curaui.

De atheromate, ſteatomate, meliceride.

Cap. XIIII.

ATheroma, ſteatoma & meliceris, iiſdē curātur preſidiis. Aut radicē cyclam. cū axungia ſuilla veteri & tantillo ſulphuris viui apponito. Si verò præſcripta medicamēta, haudquaquam prodeſſe videamus, aperiēdus abſceſſus inſtar folij myrtini: fiátque ſectio obliquè, ne vena vel arteria, vel neruus lædatur, ſi ſubſit: niſi in inguinibus & aliis, quib

quibus in locis sectio transuersim est faciẽda, ob cutis reduplicationẽ in motu earũ partium: Estque cystis, hoc est vesica humorẽ pulti vel sebo vel melli similẽ cõtinens, omnino extrahenda, ne reuiuiscat. Sanguis verò qui cystim detrahendo effluet, spongia oxycrato imbuta sistẽdus, vel oui albumine cũ pulueribus astringẽtibus: semper quoq; in huiusmodi operationibus anodynis vtendũ, veluti albumine oui cũ rosaceo. Si aliqua cysteos seu vesicæ pars remanserit, erodentibus erit absumẽda, vt vnguẽto ægyptiaco, aut puluere mercurij. Quando etiam tumorem vel abscessum incidere non est tutum ob venas vel arterias vel neruos, ad medicamẽta quoq; acria & caustica est accedendum: Calcẽ itaque viuam capito, cámque cum sapone misceto, & apponito: aut lixiuium de vigo, quod capitellũ vocant, vel causticum aliquod ex prædictis cap. de carbunculo, applicato: escharam profundam inducito: abscessum per medium secato recta linea: sectionem ad carnem viuam producito: in sectionis locũ arsenicum sublimat. aut aliud causticũ immittito: caustici vis & quãtitas iuxta viriũ & morbi magnitudinẽ esto: subinde

vt eſchara decidat, aut vſu butyri, aut axungiæ, operam dato.

De vero ſcirrho. Cap. XV.

SCirrhi curãdi methodus ſequentes habet intentiones. Prima ad victus rationem refertur. Sit autem victus tenuis & quodammodo attenuans, humidus, paululum calidus. Alimenta itaque euchyma, hoc eſt ſanguinem laudatum gignẽtia exhibeto. Panẽ triticeũ & probẽ confectũ dato. Vinum ſubſtantia tenue & ſubrubellũ vel candidũ, & odoratum propinato. Ouа ſorbilia, pullos, capos, gallinas, perdices, capreolos iuuenes, vitulos lactãtes & verueces præbeto in earum carnium iuſculis ſpinatia, betas, boraginem, bugloſſum coquito. A caprina, hircina, bubula, taurina, leporina, aprina caueto: limaces, grandium piſcium marinorum carnes, ex oleribus braſſicam, omnia legumina, præſertim lẽtes fugito. Panem furfuraceũ & ex vitiatis ſeminibus, vinum rubrũ, craſſum, fęculentum, caſeum veterem, præſertim ſalſa, acria, vt piper, ſinapi, allia, cepe & acida, retorrida, aſſa, frixa & vehemẽter exiccata, aut ſanguinem vrentia vitato. Ab ira, mœſtitia, vehementi ſolicitudine, exercitatione immodica & vigiliis abſtineto:

abſtineto : vt aluus ſemper liberè fluat efficito. Secunda intentio materiæ antecedentis euacuationem & purgationem præſcribit. Iniecto itaque clyſtere mollienti (vt in phlegmone dictum eſt) à quo tamen refrigerantia detrahẽtur, aut minuentur, vel bolo ex caſſia & cathol. exhibito, venã ſecabis, maximè ſi totus corporis habitus fuerit melãcholicus. Vbi tamẽ humor melancholicus plurimũ à ſanguinis natura fuerit abalienatus, à ſanguinis miſſione eſt abſtinendum, exhibẽdúmq; medicamentum purgãs. Cúmq; humor melancholic⁹ ſit craſſus & terreſtris indiget ꝓparatione.

Ad humoris melancholici præparationem.

Humor melãcholicus præparãdus ad expulſionẽ humectãtibus, moderatè calidis, nõnihil tenuãtibus & incidẽtibus.

℞. rad & fol. lapathi acuti, rad. & fol. bugl. borag. fumar. herbarũ capil. communium cichorij, endiuiæ, roſtri porcini, ſummitatũ lupuli ſing. m̃. j. meliſſæ m̃. s. quatuor ſeminum frig. maiorum contuſorum, & ſeminis portul. ſing. ʒ. ij. ſem. aniſi & fœnic. ſing. ʒ. j. paſſul. mundat. ʒ. vj. polyp. querc. recen. ℈. j. ſennæ orient. ℈. j. s. thymi & epith. ſin. ʒ. ij. triũ

florum cord.sing.pug.j.fiat decoctio in col.℔.ij.dissolue succorū bug.& pomorum redolentium sing.ʒ.iiij.iterum coquantur,& reducantur ad ℔.j.s. & cum debita sacchari quāritate fiat apozema clarif. & arom. cum pulueris diamarg. frig.& diatrag.frig.singul. ʒ.j. vtatur in iiij.dosibus. Si nullo in viscere sint obstructiones,potest addi myroba.indorū oleo amygd.dulc.confricatorum ʒ.s.

R.syrupi de fumar.& de bugl, vel de borag.vel end.simpl.vel de cichorio siue rhab. vel viol. vel capillorū ven. vel scolopen.vel oxysac. vel de epith. sing. ʒ.iij.aquarū lupuli & cichorij sing ʒ.vj. pulu.santali mosc.& cinamomi sin. ʒ. j.fiat iulep clarif.& arom.pro 4.dosibus.

Purgatio humoris melancholici.

Ad purgationem conferunt thymus, epith.senna orientalis,polypodiū quercinum,lapis lazuli, veratrum nigrum, cath.diasenna,triphera persica,cofectio hamec.hiera ruffi.

R.sennæ oriētalis dr.i j. rhab. optimi ϑ.iiij.cinamomi gra.v. infundātur in ʒ. iiij.seri caprini & exprimantur:adde syrupi viol.ʒ.j.fiat potio. Postea sequens quæ valentior est:non enim sufficit vatica purgatio.

R.

R.cathol.tryphere perficę fing.dr.iij. diaſennę ſol.dr.ij.rhab.in aqua end. infuſi & expreſſi dr. j. cinamomi gra. iiij. aquarum lupuli & end.ſingul.ʒ.ij.miſce fiat potio:vel ſequens valentior.

R.confect.hamec. & diaſennæ ſolut. fing.dr.ij.ſ.mannæ granatę ʒ.j.medullæ caſſiæ dr.v.aquarum cichorij. & fumar. fing.ʒ.ij. decoctionis thymi & epithymi,& quatuor ſeminum frig. maiorum ʒ.iij.ſyrupi viol ʒ.j.Potiones in hoc affectu catapotiis preſtat:nã catapotia nimis ſiccant.Altero die à purgatione capiet ther.dra.ij.quinq; horis ante cibũ.

R.conſeruæ rad.bug.& florũ cichorij fing.ʒ.j.myrob.embelit. ſaccharo cõditorum dr.iij.cort.citri condit. ſacch.dr. ij.conſer.viol.drac.vj. pulueris lætitiæ Galen.℈.ij.diamarg.frig.℈.iiij.diarhod. abb.dr.j.confect.alchermes(ſi animi affectibus torqueatur) dr.ij.cũ ſyrupo de pomis redolentibus fiat opiata, de qua capiat inſtar nucis quater in hebdomade duabus horis ante cibũ:poſtea bibat modicũ vini clari, aqua bugloſſ. diluti.

Topica medicamenta ſcurbi.

Tertia huius affectus curãdi intẽtio ad topica dirigitur:in quibus repellẽtibus ne vtitor:eſt eñ humor frigidus & craſſus

craſſus, qui vi repellentium non retrocederet, ſed magis incraſſaretur, atque impingeretur: mollientia itaque ac diſcutientia & incidentia applicato: quib⁹ quæ partē roborant, miſceto, nimis tamen molliētia fugito, ne tumor habeat in vlcus cancroſum. Immoderatè etiam diſcutientia caueto: ne craſſiore tantùm humoris ſubſtantia remanente, & tenui diſcuſſa, tumorem efficias incurabilem.

Quæ tumores duros molliunt.

Mollientia medicamēta ſunt œſypus, lana ſuccida, butyrum, oleū amyg. oleū chamæm. anethinum, oleū liliorū, adeps gallinaceus, anſerinus, anatinus, ſuillus, aquilæ, vulturis, vulpis, taxi, vrſi, leonis, medullę viruli, cerui & aliorum animalium, muccagines, ppolis, cera, malua, althea, lilium, branca vrſina, caricæ pingues. Valētiora ſunt ammoniacum aceto diſſolutum, bdelliū molle & pingue, ſtyrax liquida, galbanum, quibus accedit propolis, pix liquida & reſinæ pingues ac minimè acres, adduntur ſemen apij, cumini, radix ireos, anethum, ruta, flos geniſtæ.

Formulæ ad ſcirrhum molliendum & reſoluendum.

R. caricas pingues 12. coquantur & terantur,

terantur;ammon.bdellij, galb.in aceto diſſolutorũ ſing.ʒ.ij. ſtyracis liquidæ ʒ. j.muccag.alth.ſemin. lini & fœnug.ſin. ʒ.ij.cæſypi & buryri recẽtis ſing.ʒ.j.olei recinini, vel ſeſamini, vel de lilio vncias iij.ceræ quantũ ſufficit, fiat emplaſtrum. vel,

R.rad.lil.& alth.perfectè elixarum & cõtuſarum ſing.℔.s.adipis lupi,aquilæ, vulturis ſing.ʒ.iij. adipis anſeris & gal. ſing.ʒ.ij.olei ioſmini,vel sãbucini,cerę & ppoleos quãtũ ſufficit,fiat emplaſtrũ. Vel ſequens optimũ,& à nobis expertũ.

R. radicis geniſtæ, hyperici, fol. cupreſſi,& ſcrophul.ſiccorum. ſing.ʒ.v.lithar.auri ʒ.j.muccag.ſeminis lini & fœnug.ſing.ʒ.ij.olei vulpini & de lilio ſin. ʒ.iiij ceræ quantũ ſufficit, fiat vnguentum,addendo aceti modicum. vel,

R.muccag.rad.altheæ,medij cort. vlmi,ſeminis lini & fœnug.ſing.ʒ.iiij.olei chamæm. anethi. & de lilio ſingul. ʒ. j. ammon. galba. opopan. & ſagapeni in aceto diſſolutorum ſingul.ʒ.s. tereb.ʒ. ij.croci ʒ. ij.ceræ nouæ ʒ. ij. s.fiat emplaſtrum.

Laudatur etiam vnguentum de althea, cui debent addi gummi prædicta.

De

De exquisito scirrho. Cap. XVI.

SCirrhus huiusmodi est doloris ac sensus expers, fitque ex aliis tumoribus malè curatis, nimirū quādo quicquid est tenue resoluitur: quod verò remanet per congelationem induratur. In hoc autē affectu victus ratio & cathartica eadem quæ in præcedenti scirrho præscripsimus, sunt omnino deligenda. Topica verò maximè molliant & incidant, sed moderatè discutiant ac resoluāt. Etsi verò singulis in capitibus iam de iis sumus locuuti: adhuc tamen non pigebit aliqua subiicere.

Topica ad scirrhum exquisitum.

Galenus secūdo ad Glauconem oleo sabino fouebat: (cuius loco oleo irino vel ceirino vtimur) ammon. in aceto dissolutum apponebat: suffitum ex aceto in lapidem pyritem coniectum excipi iubebat: nos quoq; eo modo tumorē fouebimus: fumum seu vaporē aceti in lapidem molatē iniecti excipi præcipiemus: deinde medicamenta molliētia & discutientia vicissim applicabimus.

R. rad. cucum. agr. & alth. sing. ʒ. ij. fol. maluæ, brancæ vrsinæ sing. pug. j. seminis lini & fœnug. sing. ʒ. ij. fiat decoctio qua locus foueatur: deinde coque in

aceto

aceto ſatureiam: poſtea acetum in lapidem molarem, vel ferri recrementum ignitum coniice, & vapor excipiatur.

R. ſtercoris aſinini ℔.s. gummi amm. in aceto diſſoluti ʒ. iiij. ladani puri, & maſtiches ſing. ʒ.iij. axũg. anatis & gall. ſing. ʒ.ij. olei de maſt. & ceirini ſing. ʒ.ij. s. ceræ quantum ſufficit, fiat emplaſtrũ.

R. gummi ammo. bdellij, galb. & ſtyracis liquidæ ſing. partes æquales, axũg. cerui, leonis, anatis, capræ, vituli duplũ pondus, rad. maluauiſci quantum videbitur, olei ſambucini & ceræ quantum ſufficit, fiat emplaſtrum.

R. rad. alth. arboreſcẽtis ʒ.iij. fol. mal. ſylueſtris m̃.ij. ſeminis lini & fœn. ſing. ʒ.ij. s. coquantur, terantur, poſtea miſce adipis caprini, medullæ cruris vituli & cerui ſingul. ʒ.iij. fiat cataplaſma.

R. axung. gall. anſeris, anatis, ſing. ʒ.j. s. axung. taxi, muli & aſini ſing. ʒ.ij. medullæ cruris vituli & cerui vel bouis ſingul. ʒ.iij. œſypi, ſtyracis calamitæ & bdellij ſing. quart. s. muccag. ſeminis altheæ, lini & fœnug. ſing. ʒ.ij. maſtiches & thuris ſing. ʒ.s. olei amygd. dulc. & amurcæ, olei de lilio ſingul. ʒ.iij. s. ceræ quantum ſufficit, fiat emplaſtrum. vel.

R. ammon. bdellij, galb. opop. in aceto diſſolut.

dissolutorum sing.ʒ.ij.litharg.auriʒ. ij. s.bulliant in aceto: postea misce pyrethri,sulph.viui & seminis sinapis sing.ʒ. j.cerę & olei quārū sufficit,fiat emplast.

R.ammon.& bdellij in sapa dissolutorum sing.ʒ.iij.myrrhæ,thuris & olibani sing.ʒ.j.ping.anguillæ,gallinæ & aquilę sing.ʒ.ij.adipis vituli ʒ.j.s. olei antiqui & de lilio sing.ʒ.iij.ceræ quantum sufficit,aquæ vitæ modicum,fiat vnguentū.

De cancro tumore. Cap. XVII.

CAncri curatio primò dietę institutionem desiderat:quæ ad frigiditatem & humiditatem accedat:cibos itaque succi laudati, & qui facilè coquantur, quales de scirrho numerauimus, eligito:omnia salsa & acria, quæq; succos adustos & melancholicos gignunt, quemadmodum de scirrho dictum est, sumoperè vitato.

Secundò materia antecedēs est euacuanda, præparanda atque purganda. Propterea si plenitudinis signa subsint, vel hæmorrhoides,vel mēses suppressi, venam iecorariam dextri brachij secabis:priùs tamen si aluus sit dura,clysterem mollientem iniicies.

Humoris præparatio & purgatio.

Postea

Postea humor præparabitur, apozemate scripto de scirrho, cui addes acetosę m̃.j s. seminis acetosę & serici crudi sing. ʒ. j. corticis citri & seminis eiusdem sing. ʒ. vj. tamarindorũ ʒ. j. coquantur in aqua decoctionis ranarũ viridiũ: decoctioni misce succi mali punici iam maturi, succi rosarum, & succi pomorũ redolentium sin. ʒ. iij. aceti passulati ℔. s. sacchari quãtum sufficit, fiat syrupus perfectè coctus ad ℔. ij. & eo vtatur cũ sero lactis quinq; aut sex diebus. Vel vtatur iulapio etiam in scirrho descripto.

R. florum trium cõmuniũ sin. pug. j. epith. ʒ. iij. sennę orient. ʒ. s. macerẽtur x. horas in ʒ. iiij. seri lactis, & facta expressione, misce syrupi viol. ʒ. j. diapru. simpl. vel solutiui (si alui durior) ʒ. iij. fiat potio. vel,

R. fumariæ m̃. j. sennę orient. & epith. sing. ʒ. iij. florũ rorismar, cũ semine (auget enim vim medicamenti melanagogi) pug. ij. infundantur in ʒ. iiij. seri lact. & iis expressis dissolue rhabarb. in aqua bug. infusi ʒ. j. cinamomi gra. iiij. manne granatę ʒ. j. s. cassię ʒ. vj. fiat potio. Commendatur etiã ad eam rem hiera ruffi, quæ hellęborum recipit: & pilulæ indæ, quanquam in hoc etiam affectu præstat

vti humidis. A purgatione, dato operam vt hæmorrhoides & menſes, ſi ſupprimantur liberè fluant.

Ad humorem paulatim abſumendum.

Tertio quod ſupereſt materiei antecedentis, id eſt abſumendum, & cor atq; hepar confirmanda ſequentibus.

R. pulueris cancrorum fluuiatilium, vel marinorum præparatorū, quar. j. pulueris ranarū & limacum ſingu. ʒ. ij. cort. citri conditi ʒ. s. raſuræ eboris, offis de corde cerui ſing. ʒ. iij. xylobalſami, ligni aloës, ſantali muſcate. coral. rub. limaturæ chalybis ſing. ʒ. ij. ſeminis acetoſæ, citri. cond. ſing. ʒ. j. ambræ ʒ. s. cōſer. borag. bugl. & anthos ſingu. ʒ. ij. aquarum meliſſæ & torment. ſing. ʒ. ij. s. fiat electuar. de quo cupiat ſingulis horis quantū volet.

Ad cor & hepar roboranda.

R. confect. de hyacintho ʒ. j. s. cōfect. alchermes ʒ. iij. conſer. roſ. conſer. rad. bugl. ſing. ʒ. j. ſyrupi de pomis redolentibus quātum ſufficit, fiat confect. de qua capiat quater in hebdomade duabus horis ante paſtum inſtar nucis, poſtea bibat modicū vini generoſi aqua bugloſſi diluti. vel,

R. fragmentorum lapidum pretioſorum ſing ʒ. ij. pulueris margaritarum ʒ. j. cō

j.coralli vtriuſque ſing.ʒ.ſ.ſeminis end. portu.& citri ſing.ℨ.iiij.limaturæ eboris ℨ.ij.ſantali moſcatel.ʒ.j.ſ.myrobal. embelit.ſaccharo conditarum, cort.citri ſaccharo conditi ſing.ʒ.ij. moſch.& ambræ ſing.gra.vj.ſacchari ſolidi in ſuco puro pomorum redolentium diſſoluti quantum ſufficit,fiat confect.in tabellas,quibus vtatur quotidie manè.Vel capiat quotidie tabellam vnam manus Chriſti cum margaritis.

Topica cancri abſumendi.

Quartò properandũ ad topica remedia,quæ humorem impactũ diſcutiãt & partem confirment:huic affectui maximè conferunt omnes intybi ſpecies,ſolanum,ceterac.agrimonia, hypericum, centrũ galli (hoc eſt orminũ ſylueſtre) coriandri ſuccus,lentes in aceto coctæ, & à facultate recondita cochlearũ carnes elixæ,cãcri fluuiatiles,ranę viridis, humanum ſtercus.Profunt quoque vngmentum de plumbo, & plũbum ipſum quocũque modo adminiſtretur, & omnia metallica,vnguentum de pomphol. vnguentũ de cancris fluuiatilibus cum axung.gal.& tuthia:oleũ de ranis optimum,tum ad diſcutiendum,tum ad dolorem ſedãdũ:eſt enim rana viridis ex-

cellẽs huius affectus antidotũ: sic autem fit oleũ, Ranas virides in arboribus, vel aquis puris degẽtes in vas fictile vitro illitum, multísq; exiguis in fundo foraminibus pertusum coniicito: eas ſũmque ora butyro impleto: vas ne quid exhaleat luto diligenter oblinito, & cooperito: cui alterũ effossa terrã cõclusum supponito: ignẽ in ambitu ad distillandum accẽdito: oleũ seu liquorẽ illũ stillatitiũ colligito: & cũ puluere ranarũ viridiũ fiat vis ad linimẽtum conficiendũ misceto.

Composita.

R. succorũ vtriusque plantag. & solani, aut vermicularis, succi symphyti minoris sing. ʒ. ij. s. olei ros. omphacini ʒ. iij. sub radiis solaribus simul agitẽtur in mortario plũbeo, donec vt gluten crassescant. aut,

R. bol. arm. terræ sigil. sing. ʒ. j. lapidis calamin. & ceruſæ lotæ sing. ʒ. s. tuth. præparatæ marcasitæ singu. ʒ. iij. pulueris cochlearum & ranarum viridiũ in clyba no exiccatarum ʒ. iij. litharg. auri ʒ. ij. olei ros. omphacini ʒ. iij. olei de ranis ʒ. j. s. aceti ʒ. ij. albumina ouorum ij. ceræ quantum ſufficit, pinſantur diu in mort. plumbeo & fiat vnguentum. vel,

R. teſtarum cancrorum fluuiatilium com

combustarum ʒ j. pulueris ranarum ʒ. ij. iij. litharg. auri ʒ. j. plumbi vsti & loti, tuth. præparatę sing. ʒ. ij. ceruſæ in aqua roſarum lotæ ʒ. j. s. ſuccorũ burſę paſt. & arnogl. ſingu. ʒ iij s. olei roſ. omphac. vel olei myrtini ʒ. iiij. in mortario plũbeo diutiſſimè agitentur, & fiat linimentum. eſt Pauli Aeginetæ. vel,

R. litharg. & ceruſę lotorũ, tuth. præparatæ ſingu. ʒ. j. plũbi in ſucco acetoſæ vel vino albo loti ʒ. ij. olei roſ ʒ. vj. aquę roſ. ʒ. iij. aceti ʒ. j. albumina ij. ceræ albę ʒ. j. s. caph. ℈. j fiat vnguentum. Laudantur etiam paſſulæ dulces mundatæ, & cum foliis rutæ mixtę & appoſitæ. Ad furorem reprimendum, doloremque leniendum ſic facito.

R. olei roſ ʒ iij. feminis papaue. albi. ʒ. j. feminis hyoſcy. opij. ſing. ʒ. s. gummi arab ʒ. s. ceræ modicum, miſce, fiat vnguentum.

TVMORVM PARTIVM CVLARIVM CVRATIO.

De hydrocephalo, hoc eſt aqua in capite pueri. Cap. XVIII.

UNIVERSIDAD CENTRAL * BIBLIOTECA * DE LA FACULTAD DE MEDICINA

ABſoluta methodo vniuerſali tumorum curandorum, accedendum ad particularem: nam pro diuerſa partium affectarum natura ſæpenumerò medendi ratio eſt immutãda, auſpicãdum verò à capite, & ad alias parteis progrediundum. Tumor in capite infantis recenter nati ex aqua concluſa inter cranium & cutem ſic curatur: nam ſub cranio difficilè admodum abſumitur.

Primò victus ratio nutrici præſcribatur, vt parcè ac tenuiter viuat, ſiccantibus vtatur: humectantia fugiat, parum admodum bibat: quemadmodum antea dictum eſt de tumore aquoſo ita viuat: & interea ſemper aluus liberè fluat.

Secundò in capite infantis vtendum diaphoreticis quę eã humiditatẽ abſumant, & aſtring. quæ roborent. Proinde calamentum, origanum, pulegium, ſerpillum, ſaluiã, betonicam, ſauinam, chamæm. melilotum, flores ſtæch. anthos, anethi, nuces cupreſſi, roſas, furfur, in liriuio ex cineribus ſarmentorum confecto, & vino auſtero coquito: & eo decocto caput irrigato. Ea certè embrocha mihi eſt familiaris & vſitata: quæ vim habet exiccandi & confirmandi caput. Poſtea ſequens linimentum apponito,

R.

R. pulueris abſynthij, chamæm. meli. ſing. ʒ. ij. butyri recentis, olei chamæm. vel aneth. ſing. ʒ. iiij. ceræ modicum, fiat linimentum. vel,

R. mel. ℔. s. origani m̃. j. s. ſalis cõmunis ʒ. s. miſce in formam cataplaſ. quod calens applicetur: vel limaces cum cochleis tundito, & capiti applicato: sícq; donec ex ſeſe cadant relinquito: nã mirum in modum reſoluent. vel,

R. olei chamæm. vel anethini ʒ. iiij. ſulphuris ʒ. j. fiat linimentum, quo bis quotidie liniatur caput pueri, & lana ſuccida & calenti obtegatur: quo etiam potes à principio vti.

Tertiò caput eſt confirmandum ne materia repullulet: id verò fiet medicamentis ſiccantibus, calfaciẽtibus in forma pomi odorati.

R. caſtorei & rutæ ſing. partes æquales, moſchi grana aliquot, cũ ſucco ſampſuci, fiat pomum quod naribus pueri admoueatur ſæpe: potes ad eã rem vti cypero, galanga, nuce moſc. caryoph. benioin & ſimilibus. Vel caput infantis vino auſtero & oleo communi illinatur. Alij chirurgia vtuntur: quod mihi minus tutum videtur: ea tamen ſi vtẽdum fuerit, fiant inciſiones pro materiei ſeu

aquæ quantitate. Alij à parte posteriori per diametron ad anteriorē incisionem ducunt: alij scindendo formam efficiunt triangularem: alij formam crucis. Vt vt sit, aqua tamen sensim ac paulatim effluat: ne infantis vires deiiciantur. Nam simul atq; ea aqua effluit, spiritus quoque dissoluuntur, in quibus virtus consistit. Medicamenta cauſtica mihi non probantur ob cerebri vicinitatem, cerebri inquam adeò tenelli: nec mihi placent vel caput purgia vel gargarismata, quæ nutricibus imperari solent.

De nodis & glandulis in capite.

Cap. XIX.

CVrantur nodi & glandulæ in capite quemadmodum in methodo vniuersali dictum est, victu attenuante purgantibus pituitam, & topicis mollientibus, incidentibus, resoluentibus aut incisione, in qua vide ne aliquid cysteos remaneat.

De testudine seu talpa.

Cap. XX.

TEstudo seu talpa nonnunquam est sine vlcere & cariæ cranij, aliquando cum cranij corruptione & cariæ. Vtriusque curandi ratio communia habet præcepta: diætam conuenientem, humo

humorũ tum præparationem, tum purgationem. In victus ratione semper vitanda varietas, vt & in aliis capitis affectibus: reliqua quoque instituēda pro humoris afficientis natura. Cùm enim sunt humores calidi, tum refrigerantibus opus, cùm tenues, incrassantibus, cùm acres, eorum acrimoniam obtundentibus: contra, cùm frigidi, est calefaciendum, cùm crassi, tenuandum, cùm viscidi, incidendum, tam in victus ratione, quàm in vsu medicamentorum, aut humorem præparantiũ aut purgantium, quórum omnium formas habes in diuersis superioris methodi capitibus: vnde in materia calida, ad calidos quoque tumores: in frigida verò ad frigidos tumores est recurrendũ. Hoc tantùm addendum quòd humores in capite contenti, præsertim frigidi, cõmodius educuntur pilulis quàm aliis medicamẽtis: quia pilulæ diutius in ventriculo ob suã consistentiam remanentes à longioribus partibus attrahunt. Vnde in materia frigida & pituitea prosunt pilulæ aliphan. de hiera, assaieret, de agarico, cocciæ, arabicæ, aggregatiuæ. In calida verò materia pilul. de rhabarb. de myrob. aureæ, assaieret, aggreg. de fumaria. To-

pica ſunt incidentia & reſoluentia dicta, capite de ſtrumis, quando tumor eſt ſine vlcere & carie: niſi verò tumor reſoluatur, ad ſuppurantia capite de œdemate præſcripta, confugiendū: vel radicem altheæ & cepe ſub prunis conquito: ouorum vitellos, & axungiam vel butyrum miſceto, tundito, applicato & facto pure, ſtatim ne fiat os carioſum vomicā reſerato. Teſtudo ſi cū cranij corruptione fuerit, Guido ſentit cura ficta ſeu fucata vtendū. Verùm ſi magna corruptio nō fuerit, curandus erit affectus: quē admodū fractura cranij, quæ poſtea tractabitur: nempe inciſione, deterſione ex melle roſ. terebint. puluere ireos, myrrhæ, thuris. Caro putris erit abſumenda ægyptiaco, vel puluere mercurij, & reliqua vt in vlceribus perficiēda. Si magna fuerit oſſis corruptio, vtendū prognoſtico & ita dimittendus æger, niſi velis cu ratione vti fucata. Idē in cranij corruptione ex lue venerea faciendū arbitror: vbi enim magna eſt corruptio, erit ęgrotus relinquendus. Videátque chirurgus ne cùm exiguā putat eſſe corruptionē, ea tamen magna ſit, quod mihi ſemel accidit: cùm enim cranij corruptionem, quæ exigua videbatur, detrahere tentarem,

rem, totum os bregmatis (quod coronale vocant) excidit omnino, ita vt craſſæ meningis magna pars, & cerebri motus nobis maximè eſſet conſpicuus: ægrotus tamen euaſit, ſed poſt vlceris curationem inducta iam cicatrice, cerebri motus nobis adhuc apparebat: nolim tamen chirurgo conſulere, vt tantã corruptionem ſuo periculo curandã ſuſcipiat. Sed ſi minor corruptio, os modiolo detrahendum, vel radendum, vlcus detergendum, corpus vngendum ſicut in lue venerea, minor tamẽ ſit hydrargyri quantitas, viuendum tenuiter eum decocto gaiaci. Eodem enim modo curatur talpa cum oſſis corruptione, quo oſſis corruptio à lue venerea.

De ophthalmia. Cap. XXI.

OPhthalmiæ veræ primum curandi præceptũ, victus rationẽ debitam conſtituit. Victus itaque ſit tenuis, ſerò potiſſimùm: abſtineat carnibus, quorum vitellis, atque aliis multũ ſanguinis gignentibus, fugiat vaporoſa: contrà verò in poſtrema menſa diſcutientibus flatus, óſque ventriculi cõſtringẽtibus vtatur: vt coriãdro, aniſo, cydoniis & ſimilibus, fumum, ventum, ſplendorem, puluerem, venerem, denique iram euitet. Oculos

pẽ

pannis nigris aut viridibus cooperiat aut cæruleis.

Secundū præceptum ad materiæ tendit euacuationem: iniecto igitur clystere ex decoctione mollientiu & refrigerātium, ex cassia, melle violaceo & oleo viol. vt capite de phlegmone dictum est: cephalica eiusdem lateris secanda: sanguinísque plus minúsue erit educendū, pro humorum redundantia, & aliis scopis sanguinis mittēdi, vel bis, vel semel tantùm vena aperietur, vt erit opus ad euacuationem, vel reuulsionē, cucurbitulæ affigendæ parti posteriori capitis, vel inter scapulas, & ad reuulsionem & deriuationē, extrema fricentur, foueantur & ligentur. Altero vel tertio die si sanguis sit bilioſus, nulla præcedente præparatione, pharmacū cholagogum exhibebis ex decoctione cōmuni cum ʒ.vj tamarin. in qua dissolues cassiæ ℥ʒ.s. elect. de succo ros. ʒ.ij. & syrupi viol. ℥ʒ.j. aut rhab. ʒ.iiij. cinamomi gra.v. myrob. citrin. in oleo amyg. dul. cōficatarum ʒ.ij. infunde in ℥ʒ.iiij. aquæ end. & dissolue elect. de succo ros. dr.ij. syrupi ros. solut. vnc.j.s. fiat potio: de sequenti dabis conseruæ ros. ℥ʒ.s. Si postea tibi syrupis vtendum videtur: erunt vtiles syrupus viol.

de

de ſucco cucurb. buglo. end. acetoſas ſimpl. roſ. myrtinus, cydon. & ſi magis incraſſanda bilis. ſyrupi de papau. & de nymph. cum aquis earundem rerum, vel recurrito ad capita de phlegmone & eryſipelate, vt neceſſarium videbis.

Tertium præceptum oſtēdit, quibus in toto morbi decurſu topicis vti debeamus. Statim à venæ ſectione tēporibus & fronti emplaſtrū contra ruptura ad repellendum admoueto. Vel bolum arm. gallas, acaciā, hypociſthidē, pſidiā ſeu malicorium, balauſt. aloēn, thus, & lentium vel fabarum farinam cum oui albumine vel muccag. gummi tragag. miſceto: & iiſdem partibus in forma cataplaſmatis apponito.

In oculum initio collyria ſequētia ad repellendum & leniendum inſtillato.

R. aquæ roſ. ℥ s. albumen oui j. lactis mul. modicum, agitato & inſtillato: vel addito muccag. ſeminis pſyllij & cydon. gummi tragag. & arabici: aut diſſoluito collyrium albū rhaſis ſine opio in aqua roſarum.

In augmento oculum lauato primum aqua roſarum, dein tempore interiecto decoctione fœn. g. & ita ſæpius viciſſim facito. Collyrium album rhaſis in aqua roſ.

roſ. & lacte mul. recens mulcto, diſſolui-
to : aut muccag. ſeminis cydon. & fœ-
nug. in aqua roſ. extrahito: & addito la-
cte inſtillato: cui ſi adeſt vehemens do-
lor, potes addere tantillum caphuræ: Ad
magis etiam reſoluendum, addes non-
nihil tuth. præparatæ.

R. muccag. cydon. in aqua roſ. per de-
coctionem extractæ ʒ. iij. lact. mul. recēs
mulcti ʒ. j. ſyrupi roſa. ʒ. s. in quibus diſ-
ſolue collyrij albi rhaſis ſine opio drac.
ij. tuth. præparatæ ʒ. j. s. ſacch. candi. ʒ. j.
myrobal. citrin. ℈. ij. agitentur, & perco-
lentur: colaturā vſui ſeruato, adde caph.
℈. j. ſi vehemens calor fuerit.

In ſtatu ab vbere mulieris frequēter
lac in oculum inſtilletur. Deinde,

R. tuth. præparatæ ʒ. ij. cap. lycij. ſing.
℈. s. diſſoluantur in æquis partibus aquæ
roſ. & decoctionis fœnug. fiátque collyr-
rium. aut,

R. muccag. cydon. & fœnug. in aqua
roſ. extractæ ſing. ʒ. j. s. ſyrupi de ij. rad.
vel ſyrup. roſ. ʒ. j. s. troc. alborum rhaſis
ſine opio dra. ij. ſarcoc. nutritæ drac. s.
ſacch. candi. ʒ. j. s. fiat collyrium.

In declinatione, fœnugrecū diligēter
lotum in aqua hordei & roſarū coquito:
eáque decoctione oculum foueto: poſt-
ea

ea oua decoctione indurata, & panno inuoluta adhúcque calentia oculo applicato. vel,

R. ſarcoc. nutritæ ʒ.x. aloës ʒ.ij. myrrhæ dra. j. lycij ʒ.j. s. fiat puluis tenuiſſimus, qui in oculum iniiciatur: vel potiùs in aqua euphraſiæ ediſſoluatur, fiátque collyrium.

Tandē balneū proderit, ac vini laudati potus ad reliquias humoris diſcutiēdas.

Quartum præceptum docet, quomodo ſymptomatis ſit occurrendum.

In dolore vehementiſſimo cōfert pomum inter prunas coctum, cui vitellus oui, aqua roſ. & lac muliebre modicè cocta miſcētur. Valet quoq; mica panis in aqua roſ. & lacte muliebri infuſa & appoſita. Luuat etiā portulaca trita & admota: aut muccago ſeminis pſyl. & cydon. in aqua roſ. vel pap. vel in decocto pap. extracta, applicáda. Si dolor adhuc magis ſæuiat, addes ſucci coriandri & ceruſæ modicū, cū aliquot granis opij. Poſtea nocumentū ex vſu narcotici medicāmēti oculo illatū, fotu decoctionis chamæm. melil. & fœnug. tolles. Quādo in cornea tunica ex ophthalmiæ diuturnitate pus apparet, illud troch. de thure, vel de myrrha eſt detergendum.

Opht

Cucurbitularum delineatio varia.





H



Ophi

Ophthalmia à ſanguine frigidiori.

Cap. XXII.

CVm ophthalmia oritur à materia frigida: victus ratio præſcribenda iuxta humoris naturã, reuulſiones tum venæ ſectione, tũ cucurbitulis, aliiſque modis faciendæ: humor præparãdus ſyrupis capil. ven. acetoſi ſimpl. de bizantiis de duabus & quinq; rad. melle roſ. ſyrup. de hyſſopo, de ſtæch. & oxymel. ſimpl. & ſcyllitico cum aquis fœnic. euphraſiæ, hyſſopi, betonicæ & aliis: vel apozema, de quo in ædemate, ex radicibus & herbis iiſdem præparandum. Purgandũ verò pilul. de agarico, aſſaiaret, aggreg. cocciis & lucis. In topicis, initio temporibus & fronti cataplaſma præſcriptum poterit applicari. Oculo verò catapla. ex pomo cocto cum tantillo croci admouebitur: aut fient collyria ſequentia.

R. aquæ roſ. & fœnic. ſingul. ʒ. j. lactis mulieris ʒ. iij. ſyrupi roſ. drac. j. ſ. ſacch. candi & troch. alborum rhaſis ſine opio ſing. ʒ. j. fiat collyrium: vel ſemen fœnic. cum modico croci terito, & cum mica panis in iure galli, ſalis experti, macerati, tanquam cataplaſma apponito. In augmẽto & ſtatu decoctione ex maluis,

semine lini & fœnug. florũ chamæm. & meliloti oculum foueto, & magma in forma cataplasmatis apponito: aut eadem in iure pulli coquatur ad fouendum oculum, aut fiat decoctio ex solo fœnug.

R. aquæ fœnic. & euphras. sing. ʒ. ij. aquæ ros. ʒ. j. tuth. præparatæ ʒ. ij. sarcoc. nutritæ in lacte mul. ℈. ij. aloës dra. ij. s. saccha. candi & syrupi ros. sing. ʒ. ij. agitentur, & fiat collyriũ. Denique laudatur sanguis columbi ex ala eductus, & calens applicatus. In declinatione prædicta in vino coquantur ad oculum fouendum. Mica etiam panis tosti in vino maceretur, & admoueatur. Collyriũ quoque nouissimũ proderit, si aquã ros. detraxeris, & vitreoli romani diligenter loti ʒ. s. addideris. Aquæ etiam sequentes plurimùm sunt profuturæ, si manè & vesperi in oculum instillentur.

R. aquæ ros. & vini albi sin. ʒ j. s. aquæ fœnic. ʒ. ij. succi limonum ʒ. s. myrobal. citrin, & tuthiæ præparatæ singul. ʒ. s. ærug. rasilis gra. v. caphuræ grana ij. bulliant in phiala vitrea ad tertias, colentur, & aqua in oculum instilletur. Eadem etiam prodest oculorum pruritui & ardori.

R.

R. aquæ ros. & fœnic. singul. ʒ. j. s. vini albi ʒ. ij. sarcoc. nutritę, tuthię præparatæ, aloës, myrrhæ sing. ʒ. s. sacch. cãdi. ʒ. j. ærug. rasilis grana v. bulliãt ad tertias, & post colaturam, gutta vna manè & vesperi instilletur: visum enim efficit clariorem & maculam recentem tollit.

De aurium tumore. Cap. XXIII.

AVrium tumor, victus ratione, venę sectionem, & alias reuulsiones, humorũ tum præparationem, tum purgationem requirit, perinde atque ophthalmia habita humoris ratione, qui vt in ophthalmia erit, vel calidus, vel frigidus.

Topica erunt diuersa pro temporum tumoris diuersitate.

Initio repellentia locum habebunt: neque enim cerebri propinquitas impedit, ob naturam partis affectæ & dolorem acerbissimum.

Initio itaq; cùm tumor est calidus vapor ex decocto plantag. solani, violariæ, lactucæ & similium in aceto & aqua facto, per infundibulũ excipietur: auris eo decocto fouebitur: etsi magis refrigerãdũ, addes papauer, hyoscyamũ & man dragoram. Postea magmati miscebis oleum ros. vel cydon. vel pap. vel aliud

refrigerans & astringens, & cataplasm. conficies, quod auri admouebis: aut oleum rosmyrtinum, cydoniorũ, viol. pap. nymph. vel simile cũ aceto coques ad aceti consumptionem & in aurẽ instillabis guttatim & tepidè: aut olei ros. partes ij. olei amygd. dulc. partẽ vnam, aceti tres parteis, coquito ad aceti consumptionem, & oleum calens per tepidum guttatim instillato: aut herbarum refrigerantium & astringẽtium succos, aut earum aquas stillatitias, cũ granis aliquot caphuræ, si vehemens calor adsit, instillabis: aut albumẽ oui cum lacte muliebri agitatum, quod refrigerabit & leniet: aut oleum rosaceum cum succo mali punici & tantillo croci coquito, & in aurem paulatim tepidè immittito. Nam quæ auribus iniiciuntur tepida sint oportet & in parua quãtitate. In incremento miscenda refrigerãtia, repellentia & discutiẽtia. Ea de causa althea, malua, chamæm. & melil. & hord. ac lentes coquẽtur cum dictis astringentibus ad suffitum, fotũ & iniectionem. Accedente statu cum sit magis discutiẽdum, addes decoctioni semen lini & fœn. & absynthiũ, calamentũ, origanũ & similia certa proportione vt magis vel minus

voles

voles discutere ac repellere, aut succos earum herbarum vel aquas stillatitias & olea tum repellentia, tũ discutientia miscebis: aurẽ suffies, fouebis aut in eã instillabis, aut cataplasma ex magmate decocti conficies, addito oleo & adipe cõueniẽti: aut vnguẽta parabis ex muc. cag. psylli. cydon. seminis lini & fœnug. butyro, adipibus gall. anseris, anatis & oleis cõuenientibus, ad repellendum & discutiendũ pro varia intentione, & diuerso tumoris tẽpore. Discutiũt oleum chamæmelinum, anethinum, amygd. ireos, liliorum, nardinum & alia.

Si tumor ad suppurationem tendat, iuuanda quoque suppuratio: ea tamẽ in parte parum admodum vtendũ est suppurantibus: periculum enim magnę putredinis impendet. Cúmque ea pars sit maximẽ sicca, medicamenta etiam siccantia desiderat: ad suppurandũ sic fiat,

R. rad. altheæ ʒ. ij. mal. viol. sing. m̃. s. chamæm. & melil. sing. pug. s. fiat decoctio, cui adde farinæ fabarum & hord. sing. ʒ. s. passʒ. j. olei chamæm. ʒ. ij. fiat cataplasm. aut,

R. adipis gall. anseris, capræ sing. ʒ. s. butyri recẽtis & salis expertis ʒ. j. mel. & œsypi sing. ʒ. vj. olei de lil. ʒ. j. s. ceræ

quantum ſufficit,fiat vnguentum.

Denique dolor vehemens eſt leniendus diligenter:in quem vſum conferunt aquæ ſucci,& olea refrigerãtia cum lacte muliebri veluti, ſuccus cucurb. & mali granati cum oleo roſ.& lacte:cum oleo nymp.pap.mandrag. ſi calor eſt acrior:aut olea cũ aceto vel ſucco mali granati ad aceti cõſumptionem coquito:ac muccaginẽ feminis pſyllij & cydon.vel nonnihil caphuræ, vel grana aliquot opij & croci cum lacte addito. Proſunt etiam oleũ de vitellis ouorum (quo etiã vtẽris in auris vlcere cũ tertia parte mellis)oleũ lumbricorũ, oleũ chamæmelinum,anethinũ, & de ſemine lini:iuuant etiam pinguedo leporis,cuniculi,vulpis:adeps quoque ac medulla cruris viruli,ſi cum lacte miſceãtur:aut lũbricos loros in oleo roſaceo & vini exigua quãtitate coquito,terito,addito ſemen lini,pingued.gall.ſeu cuniculi,& croci tantillũ. Vel hoc nobis familiare,

R.olei roſ.ʒ.j.vitellum oui j.opij ℈.j. miſce diligenter in mortario æreo, fiat linimentum.

Auriũ tumor ſi à materia frigida,præſcribẽda victus ratio,humoris præparatio & purgatio, vt frigida materia requirit,

quirit,& ſuperiori vniuerſali methodo dictum eſt:in topicis minus repellendū, magis verò diſcutiendum:dolor etiam ſedabitur magis diſcutiētibus,quàm in tumore calido. Proderūt in decoctione radix cyperi,galangæ,fraxini viridis,folia ſampſuci,rutæ,pulegij,calaminti,cepe,ſcylla,flores cham. melil. ſamb. anthos ſaluiæ,ſtæch.& olea diſcutiētia.vt,

R.mentaſtri,rutæ,ſampſuci ab ſyn. ſin. m̄.j.chamæ.melil.ſtæch. fing. pug.j.fiat decoctio ad cōſumptionē tertię partis, & fumū excipiat per infundibulū:atque ſpongia eo decocto imbuta auri admoueat.Deniq; ol.amyd.g.amararū immitte,vel oleū in quo ſit cocta radix aſph.

De parotidibus. Cap. XXIIII.

PArotides,hoc eſt, tumores ſub auribus curātur victus ratione,clyſterū iniectione,phlebotomia nōnūquā, medicamētis humorē præparātibus & purgātib⁹,quēadmodū in methodo vniuerſali à nobis fuit explicatū:habita humoris ratione,vt ſi ſanguis abūdet ad phlegmonē recurras,ſi verò materia pituitea,ad caput de œdemate.Topica repellētia hoc in affectu minimè cōueniunt: tū q̄ materia in cerebrū repelleret propter venas illius loci maiores: tū q̄ hic

tumor ſæpius eſt criticus, vel ab humore peſtilẽti & venenato: proinde potiùs eſſet natura iuuanda attrahentibus, potiſſimùm quando ad expellendũ tardior videtur. Aduerte etiã quòd cùm tumor eſt criticus vix phlebotomia locum habebit, ob naturę imbecillitatẽ, quam ex morbo præcedenti contraxit. Initio itaque nõ nihil vtilitatis cõferet hordei farina, in hydrelęo cocta: cui ob dolorem muccag. ſem. pſyllij & cydon. adiungere poteris: poſtea magis diſcutiẽtibus vteris, vt œſypo cũ oleo cham. & lana ſuccida, aut oleo aneth. vel irrino, vel laur. vel ſimili oleo affectũ illines: aut vnguẽta ex iiſdẽ oleis œſypo, adipibus & cera cõficies: aut cataplaſmata ex decoctiõe herbarũ diſcutientiũ, floribus chamæ. melil. ſtęch. anth. farinis lentiũ, orobi, ſem. lini & fœnug. pinguedine gall. anatis. & dictis oleis cõpones. Si tumor induritiẽ abeat, emplaſtri formã cõparabis ex ammon. bdel. galb. opop. ſtyrace, axungia ceruina, caricis, oleo de lilio: aut ad curationẽ ſcirrhi recurras. Si in ſuppurationem tendat, eã ſic adiuuabis,

R. cepe inter prunas coctorum ℔. ſ. radicum liliorum ſimiliter coctarum ʒ. viij. vitellos ouorum iij. axung. ſuillæ &

dialtheæ

dialtheæ ſing. ʒ. ij. fiat cataplaſma.

De Polypo & naſi tumoribus. Cap. XXV.

INterdum in externa parte naſi rubor apparet. In parte verò interna veluti cruſtulæ ſeu ſcabies quędã, ita vt affect⁹ Eryſipelatis ſimilitudinẽ referat: ad quę curandũ admoneãtur viciſſim ſucci ſumariæ & ſolani: vel vnguentum roſaceum & oleum amygd. dulcium. vel,

R. butyri recentis ʒ. j. aquæ roſ. ʒ. s. ouũ integrũ, agitẽtur ſimul diutiſſimè & fiat linimen. poſtea frequẽter & intus & extrà applicetur: nam ruborẽ tollit, ac dolorem lenit. Aliquando exereſcit in naribus caro mollis & flaccida, quæ Polypi nemine comprehẽditur. Cuius curatio victũ tenuẽ, & attenuãtem requirit, nonnunquã venę ſectionẽ: poſtea humorũ præparationẽ atq; purgationẽ, præcipuè melancholici ac pituitei, quemadmodum diximus de œdemate, ſcirrho & cancro: humor alias in partes auertendus: denique caput roborandum, ne vel eos humores gignat, vel ab aliis partibus recipiat. Ad quã rem proderit pileũ interextum & compoſitum, ex iis quæ capitalia dicuntur: vt ex betonica, ſaluia, ſtœcha. roſmar. lauendula, ſpica vtraque, calamo aromatico, cypero, galanga,

galãga, caryoph. ligno aloës & similib⁹.

In topicis verò singulis diebus oleo calenti vngatur: deinde incidatur conuenienti ferro, vel cauterio absumatur. Post incisionem si quid carnis remansisse videatur, illud erit causticis medicamentis absumendum, qualia sunt vitreolum, puluis dragunteæ. vel,

Aquæ vitæ tertiò distillatæ, & arsenici albi in puluerem tenuissimum redacti partes æquales miscето: & in vmbra exiccato, altero die, tertio & quarto, iterum aquæ vitæ quantum puluis ille absumere poterit, addito, & quotidie sub dio exiccato, puluerẽ illum in vsum seruato: eóque cum pari mellis quantitate vtitor: ac dum eo vteris, locum ab inflammatione refrigerãtium vsu tuetor.

Si polypus, seu caro supercrescens, in vlcus cancrosum degenerarit: nec ferrum admouẽdum: nec eius curatio tentanda, nisi ficta & fucata: ad quam rẽ nihil præstãti? esse puto sequẽti linimẽto,

R. vnguenti de plumbo & succi solani sing. ʒ. j. aquæ ros. ʒ. s. diutissimè agitentur in mortario plumbeo, & liniatur affectus: huiusmodi enim linimentum temperat humoris acrimoniam, ac corrosionem maximè prohibet, & siccat.

Ferramen-

Ferramentorum candétium varia delineatio, quibus cutis aduritur in collo & naſo, & aliis corporis pleriſque partibus.












A
B







I 3


A






F
F
F
D
F
S
F
B
C
F
E
G



De palati ac gingiuarum tumore.

Cap. XXVI.

IN hoc quoq; affectu præscriptis vniuersalibus remediis, vt victus ratione, euacuatione, reuulsione & purgatione pro humoris, qui tumorem efficit natura, iuxta methodum vniuersalem ad topica sequentia accedes: quæ tum dolorem leniunt, tum discutiunt, tum suppurationem accelerant.

R. rad. bug. ℥. ij. ficus siccas & dactylos iiij. iuiubas xx. passul. mundatarum ℥. j. hordei modicum. cõtusi & furfuris sing. ℳ. j. coquantur in iure pulli salis experti, exprimantur, & ius percolatũ iterum cum facch. coquatur, donec redeat ad tertiam partem: ac ægrotus ius huiusmodi ore contineat: vel xylon eo imbutum, vel linteum applicetur: præsertim si tumor extrà appareat.

In vehementi dolore, proderit suffitus ex semine hyoscy. capite operto ore exceptus: aut hyoscyami folia sub cineribus coques: axungiã sufflam, & vnguentum rosaceum miscebis. & externæ parti applicabis, cùm tumor gingiuas occupat.

Cùm vomica fuerit aperta, melle ros. detergebis. vel si vehementioris sit opus,

ægyp

ægyptiaco: deinde melle roſ. cum vino auſtero & ſarcocolla.

De vulæ inflammatione.

Cap. XXVII.

PRimus huius affectus curandi ſcopus, in victus ratione tenuiore & frigidiore conſiſtit. Proderunt alimẽta medicamentoſa initio repellentia & aſtringentia, poſtea diſcutientia & detergentia. Alter ſcopus eſt, in humoris reuulſione: quæ fieri venæ ſectione in media cubiti vena, poſtea ſub lingua & cucurbitulis origini ſpinalis medullæ appoſitis, fricationibus, fotibus & ligaturis dolorificis extremorum. Si corpus cacochymum, medicamenta humorem noxium præparantia & purgantia propinabuntur: clyſteres acres etiam ad reuulſionem iniicientur, ſequenti forma,

R. herbarum mollientiũ ſing. m̃.j. betonæ meliſſæ ſing. m̃.s. florum chamæm. ſtæchad. ſamb. ſing. pug. j. prunorũ & caricarum pinguiũ ſin. par. vj. ſeminis aniſi & fœni. ſing. ʒ.ij. ſeminis cartami contuſi ʒ.j. agarici trochiſcati ʒ.iij. ſeminis lini & fœnugr. ſing. ʒ.s. colocynt. (ſi vehementius vis trahere) ʒ.j.s. fiat decoctio in ℔.j. s. col. diſſolue caſſiæ cũ ſaccha. & catholici ſingu. ʒ.s. electua. indi

ma

maioris vel bened. ʒ. vj. olei de lilio ʒ. iij. ſucci ciclæ & mel. roſ. colati ſin. ʒ. j. s. vitellos ij. vt diutiùs retineatur, ſalis parum, fiat clyſter.

Nonnulli reuulſionis gratia cauteriũ regioni oſſiũ bregmatis admouẽt, quod prudenter faciendum, ne dura meninx nimis exiccetur & ægrotus in conuulſionem labatur. Alij reuellunt ſeronibus ſuperiori ſcapularum regioni admotis.

Tertius ſcopus ad topica pertinet: quæ initio quidem repellentia eſſe debent, & ore ſumenda: nam externæ colli parti reſoluentia potiùs admouebimus. Sic verò fient repellentia.

R. calycum glandiũ, malicorij, balauſt. fing. ʒ. ij. ſummitatum rubi, fol. oleaſtri, mori, ſolani, plantag. morſus diaboli, herbæ roberti. agrim. ſingul. mñ. s. fol. & baccarũ myrti ſing ʒ. j. s. roſarum rub. ℈. iij. hord. pug. j. fiat decoctio, in ℔. j. colaturæ, diſſolue dianucum & diamorum ſin. ʒ. iij. ſucci roſ. depurati, & ſucci mali gra. ſingu. ʒ. j. s. fiat gargariſma, quo frequenter vtetur. vel,

R. decoctionis hord. ℔. j. diſſolue melli roſacei col. ʒ. iij. ſacch. rub. ʒ. j. s. fiat gargar. vel,

R. penid. diatrag. frig. ſingul. ʒ. j. s. ſac-

chari

chari albi ʒ.ij. puluer. diatris ſimp. vel diapapaueris recenter diſpenſati ʒ.ij. ſyrupi viol. vel de iuiubis quantū ſufficit, fiat pantaleon ore continendum, ac ſenſim deglutiendum. vel,

R. pulueris elect. diatrag. frig. ʒ.ij. pulueris diapenid. ſine aromat. ʒ.j.s. pulpæ paſſul. ʒ.iij. pilular. ſub lingua ʒ.iij. ſucci glycyrrhizæ ϑ.iiij. amyg. ʒ.s. cū ſyrupis viol. & capil. ven. fiat linctus de quo capiat cum baculo liquiritiæ. Si præcedentiū compoſitionem attendas, ea non modò in principio inflammationis, ſed in incremento quoque proderunt: inflammatione iam ad ſtatum properante, ſequentibus erit vtendum.

Rec. radicis acori vel galangæ craſſæ, rad. ireos ſing. ʒ.j. verbenæ, agrim. braſſicæ ſing. m̄. s. fol. oleaſtri plātag. & ſummitatum rub. ſing. m̄ j. ſerpilli & pulegij (ſi humor non ſit calidus) ſing. tertiam partem m̄. j. baccarū myrti ʒ.j.s. roſa. rub. pug. j. myrrhæ & thuris ſingul. drac. ij. fiat decoctio ad ℔. j.s. in col. diſſol. ſacch. roſ. ʒ.iij. mel. deſpumati ʒ.ij.s. fiat garga. poſtea,

Rec. lapidis hæmat. ʒ.ij. amyli. drac. j.s. tragag. ϑ.iiij. ſarcoc. drac. j.s. ſacch. duplum pondus, fiat puluis, qui per canul

nulam insuffletur.

Quartus scopus est in medicamentis capiti applicādis ad sistēdā defluxionē.

R. picis naualis ʒ.ij. mastich. ʒ.j. s. ros. rub. ℈.ij. nigel. romanæ ℈.j. caryoph. nucis mosc. macis sing. ʒ.s. fiat emplastrum longitudinis & latitudinis duorum digitorum, & regioni ossis bregmatis apponatur. vel,

R. fermēti acris ʒ.j. simi colūbini, salis terrestris sing. ℈.ij. fiat forma emplastri, & admoueatur. Si affectus esset in puero, emplastrū ex sola pice paratū sufficeret.

Occipiti verò admoue emplastrū ex ammon. ʒ.ij. ladani dr.s. Si materia tumoris iam sit in pus cōmutata: & vomica sponte non aperiatur: ferro candenti per canulā immisso est aperienda. Postea est detergendum decoctione hord. & melle ros. col. vel,

R. succi agrimo. brassicæ & verbenæ sin. ʒ.iiij. mel. ros. col. ʒ.ij. s. fiat garg. cui postea adde sarcoc. & myrrhæ sing. dr.j.

Si putris, & pure admodum referta vuula apparuerit, lauanda est aqua sublimata, cū modico aquæ ros. Postea vtendum gargarismate ex vino, thure & myrrha simul mixtis: lactis quoque vsus & tūc, & toto inflāmationis tēpore prodesit,

rit, modò non adsit febris: nam lac lenit ac terget. Vuula tandē si gangrænosa & nigrescens, atque abscindēda videatur, & abscindendo sanguis in ventriculum defluxerit, atque concreuerit: dissolue coaguli leporis dra.j.s.in ℥.ij.vini optimi, & bibat, vel alio coagulo pro arbitrio vtēris. Denique caput roborādum, ne iterum recrementa gignat vel recipiat, quæ denuò in vuulam labantur, eámque inflamment.

R. rad. acori, corticis citri sicci sin. dr. ij. coriand. præparati ℥.s. sant. vtriusque singul. ℈.iiij. caryoph. nucis mosc. ligni aloës sing. ℈.ij. fol. beton. ℥.s. fol. & baccarum myrti, ac ros. rub. sing. dr. j. s. granorum tinctoriorum ℈.j. fiat puluis, quo aspergatur commissura coronalis manè & serò, ea parte prius aspero linteo confricata.

De vuulæ relaxatione. Cap. XXVIII.

VVulæ relaxatio requirit victus rationē humori relaxanti contrariā, reuulsiones, tū venæ sectione, si plenitudinis notæ adfuerint, tum cucurb. tum aliis modis factas, purgationem quoque pro humoris defluentis natura.

Denique accedendū ad gargarismata repellentia, exiccantia & detergentia: quor

quorũ formulæ deſcriptæ ſunt ſuperiori capite: poteris tamen ſequentibus vti,

R. lentium & hord. ſing. pug. j. baccarũ & fol. myrti ſing. pug. s. balauſt. ʒ. s. roſ. rub. pug. s. aquæ & acceti partes æquales, bulliant ad medias, & col. adde ſaccha. rub. vel mel. roſ. cola. ʒ. iij. fiat garg. vel ex Galeno κατὰ τόπους.

R. gallas virides xv. ſpicæ celticæ dr. iij. roſ. rub. pug. s. nidi vel puluueris hirũdinum ʒ. iij. fiat puluis tenuiſſimus qui in vuulam iniiciatur: alij partem vnam pip. & duas parteis myrobal. citrin. in puluerem redigunt & iniiciunt cùm frigida eſt materia: vel alumen vſtum, & in puluerem redactum.

De angina à materia calida. Cap. xxix.

IN hac anginæ ſpecie, primo quidem iniecto clyſtere molliẽte, vena cephalica in cubito ſecanda pro ratione plenitudinis & viriũ: & ſi videbitur iterum iterúmque aperiẽda. Poſtea verò eodẽ: vel vt alij volũt altero die, vena ſub lingua pertundenda: cucurbitulis quoq; in ſecunda colli vertebra, frictionibus, fotibus & ligaturis extremorum ad reuulſionem vtendum. Altero die à venæ ſectione exhibendum catharticum ex decoctione communi cum ʒ. j. tamarind. in

qua diſſolue caſſiæ dr.vj. elect. de ſucco roſ. dr.ij. ſyrupi viol. ℥.j. Si verò potionē bibere non poſſit, clyſter iniiciatur ex decoctione cōmuni, in qua diſſolue caſſiæ recenter extr. & ſacch. rub. ſing. ℥.j. elect. de ſucco roſ. ℥.s. olei viol. ℥.iij.

Poſtea accedendū ad topica. In principio itaque ore continebit æger repellentia: qualia ſunt decoctum hord. cum ſucco mali punici & ſyrupo roſ. vel ſuccus ſolani cum ſyrupo roſ. vel aqua roſ. cum aceto, vel diatrag. frigidum. vel,

R. diamor. ℥.ij. ſucci granatorum ℥.j. aquæ peculi roſ. & plantag. ſingul. ℥.iij. fiat garg. vel,

R. gallarū viridiū, rhois, balauſt. malicorij ſing. ℥.j. fiat decoctio in aqua plātag. ad ℔.j. in qua diſſolue diamorum & vinum granatorum ſing. ℥.ij. ſyrupi viol. ad dolorem leniendum ℥.ij. fiat garg.

Parti verò externæ colli lanā ſuccidā oleorum viol. & chamæm. æquis partibus mixtorum imbutam apponito: vel imbuatur oleo liliorū & chamæm. vel,

R. olei lil. & chamæm. ſing ℥.ij. œſypi & axung. gal. ſingul. ℥. s. croci ℈.ij. ceræ quantum ſufficit, fiat linimentum: fiant etiam ſacculi ex milio & ſale torrefactis, qui capiti applicentur.

Hora

Hora ſomni ſyrupi roſ. ſyrupi de papau. & de nymph. ſing. ʒ. s. miſceto, & cū cochleari exhibeto. Secundo die iā cum repellentibus diſcutientia, ſiccantia & detergentia permiſceto. vt,

R. gallarum viridium, balauſt. pſydiæ ſing. ʒ. j. lentiū pug. j. s. roſ. rub. pug. j. fiat decoctio in ℔. j. diſſol. diamorū & dianucū ſing. ʒ. j. s. mel. roſ. col. ʒ. j. caſſię recens extractæ ʒ. s. & ad dolorem demulcendū lactis mul. vel aſinini ʒ. ij. miſce, & fiat garg. Parti externæ colli adhuc oleis de lilio & chamæm. cum lana ſuccida, vel linimento deſcripto vtitor.

Tertio die in gargariſcadō præſcribenda, quæ in ſecundo: vel valētiùs debent diſcutere & detergere. vt ſequitur,

R. balauſt. ʒ. j. caricas pingues vj. dactylos ij. ſeminis lini & fœnug. ſing. ʒ. s. fiat decoctio ad ℔. j. in qua diſſolue caſſiæ ʒ. s. myrrhæ ʒ. ij. croci dr. s. lactis mul. ʒ. ij. fiat garg. Parti externæ colli proderit ſequens cataplaſma,

R. radicum altheæ, liliorū & bryoniæ ſing. ʒ. iiij. mal. viol. & pariet. ſing. m. j. s. cum nido hirundinū, coquantur, pinſantur, cribro traiiciantur, addēdo axung. ſuillæ veteris ſalis expertis ʒ. iiij. axūg. gal. & anſeris ſingul. ʒ. j. farinæ fænug. &

lini ſing.℥.s. fermenti acris ℥.j.s. olei de lilio & chamæm.ſingul.℥.ij.fiat cataplaſ. quod bis eodem die applicetur: aut nidum hirundinum cum oleo de lilio & amyd.dulcium rerito, & in forma cataplaſ.collo applicato.

Quarto die R.caricarum pinguiũ par. v.dactyl.ij.ſeminis lini & fœnug.ſing.℥.j. florũ chamæm. pug.j. fiat decoctio ad ℔.j. in col diſſol.pulueris hirund.℥. iij. myrrhæ ℥.j.s.vel illius loco ob amarorem ſarcoc.tantundem, croci dr.s.mel communis ℥.j.s.fiat gargariſma.

Parti externæ cataplaſma nouiſſimè ſcriptũ prodeſt.Elapſis quatuor diebus, niſi tumor iam in abſceſſum ſit mutatus,ſequenti iuuanda ſuppuratio.

R.decoctionis ſupradictæ ℔.j.in qua diſſolue paſſ.℥.iij.ſtercoris anſeris ſicci ℥.j. fiat garg. Alij vtuntur garg. ex ℔.j. lactis & ℥.j.caſſiæ in eo diſſolutæ:poſtea viciſſim garg.ex oxymel.& puluere radicis ireos:nã iſta leniunt dolorẽ,ſputum facilius reddunt,coquunt & maturant.

Parti externæ ad ſuppurationẽ iuuandam radicem lilij,caricas pingues, fermentũ in iure cochlearum coquũt, formam pultis efficiunt & applicant. vel,

R.farinæ volatilis molẽdini ℥.iij.farinæ

næ ſeminis lini & fœnug.ſing.ʒ.j.caricas pingues vj.nidi hirundinū ʒ.j.s.miſcean tur cum oleo de lilio, & fiat catap.Ego in hoc affectu loco ſtercoris canis aut pueri & pulueris hirundinū,vtor pulue re ireos:nō enim in illis vim tātā ineſſe comperi quantam authores affirmant.

Quando pus eſt confectū, vtor ſuperiori gargar.cui addo ſinapi & pyrethri ſing.dr.j.s.Aperta vomica, cauēdum ne pus influat in pulmones aut ventriculū, ob periculum alterius affectus,ſed illud eſt diligēter ore reiiciendū: túmque ad deterſionem valet frequens gargariſma ex aqua mulſa,& alia de inflammatione vuulæ prædicta.Toto morbi decurſu ad dolorem leniendum iuuat gargar.ex lacte mul.vel aſinæ vel capræ cum ſyrupo viol.& exigua ſacch.quantitate. Quando tam vrget,angítque affectus, vt impendeat ſuffocationis periculum, frequentes cucurbitulæ ſunt ſecundæ vertebræ colli affigendæ.

De angina à materia frigida. Cap. xxx.

VIctus ratio debet hîc quoque eſſe tenuiſſima & iuſculis alēdus ægrotus. Venæ ſectio,etiam ſi nulla plenitudinis adſunt indicia,ob affectus magni-

tudinem prodeſt, & aliæ quoque reuulſiones. Si bibere poſſit, potionē ex decocto communi cū ſtæchade, ſumat: in qua diſſolue catholi. ʒ.s. electuarii maioris & diaphœn. ſing. dr. ij. mel. roſ. colati vnc. s. Prodeſſétque pilularum coccia-rum drac. j. loco potionis ſi tranſglutire poſſet. Ideóque iuuāda trāſglutitio cucurb. collo admoris: vel loco eorū medicamentorum, iniiciendus eſt clyſter acris ſequens,

R. herbarum mollientiū ſing. m. j. centaurij minoris & ſampſuci ſing. m. s. rad. galangæ ʒ.s. florum chamæm. melil. & ſtæch. ſing. pug. j furfuris pug. s. fiat decoctio ad ℔ j. s. in col. diſſolue benedictæ & hieræ picræ compoſitæ ſing. ʒ. vj. mel. anthos ʒ j. s. olei chamæ. ʒ. iij. ſalis gemmæ dr. ij. fiat clyſter. Deinde acceden dum ad topica, tū interna tum externa.

Primo die, R. nucū cupreſſi & balauſt. ſingu. pug. j. maſtich. vnc. j. fiat decoct. in aqua mellis ad ℔ j. in qua diſſolue dianucum & diamorum ſing. ʒ. ij. mel. roſ. col. vnc. ij. s. aluminis drac. ij. myrrhæ & croci ſingu. drac. s. fiat garg. Poteſt ſemper addi acetum & ſyrupus acetoſus. Parti externæ admoueantur linimenta antedicta ex ol. liliorū, chamæmel. & ſimili

milibus, quibus etiam lana ſuccida imbuenda. Die 2. 3. & 4. fiat ſequẽs gargar.

R. paſſul. mundat. ʒ. j. caricarum pinguiũ par. iij. ſeminis lini & fœnug. ſing. ʒ. ſ. fiat decoctio ad ℔. j. in qua diſſolue pyrethri & ſinapi ſing. ʒ. j. ſ. myrrhæ & croci ſing. ℈ ij. pul. nid. hyrund. ʒ. ij. fiat garg. Externæ parti, tunc tẽporis applicato nidi hirun. ʒ. iiij. & vnguenti dialth. ʒ. iiij. Si materia tendere videatur ad ſuppurationem eam ſic iuuabis,

R. caricarum pinguium par. iiij. paſſ. mũd. ʒ. j. ſemin. lini & fœnug. ſin. quart. ſ. fiat decoctio ad ℔. j. in qua diſſolue muccag. ſemin. lini & alth. ſing. ʒ. ſ. pulueris hirũd. vel ireos ʒ. ij. fiat garg. Parti exteriori ſequens cataplaſm. apponito.

R. farinæ volatilis, farinę ſeminis lini & fœnug. ſing. ʒ. j. ſ. caricarum pinguiũ par. vj. miſce cũ axungia ſuilla ſalis experti, & oleo amygd. dulcium, fiátque catapl. vel vnguentum dialth. & pinguedinem gallinæ miſceto.

Quando angina eſt in parte interna, nõ eſt illius expectanda ſuppuratio: ſed quàm fieri poteſt diligenter iuuanda, & ante integram ſuppurationem aperiendus eſt abſceſſus ob ſuffocationis periculum. Cum angina eſt deſperata,

R. gummi sambuci ʒ.ij. arist. rotundę ʒ.j. aquæ caprifolij ʒ.iij. bulliant simul & fiat garg.

De tumore in adenibus. Cap. XXXI.

ADenes seu glandulæ colli interdū tumēt pueris propter capitis scabiem: quibus sunt applicanda anodyna & discutientia, vt oleum chamæm. anethinum, de lilio, amygd. irinum, cū pinguedine gallinæ, vel œsypo, & lana succida. Si tamen materia videtur calida, vtendum oleo violaceo, ros. myrtino, cū exigua quantitate olei chamæm. vel alterius similis.

In vtraque parte materia tam frigida quàm calida vitellos ouorum, & medullam cruris vituli vel bouis miscere possumus, & micam panis macerati in iure carcis salis experti, & nonnihil croci: atque ita variè permiscendo conficies linimenta, vnguenta, cataplas. quæ vim habebunt leniendi dolorē, & discutiendi aut suppurandi. Potes iis diachylon minus, deinde maius applicare.

De bronchocele. Cap. XXXII.

BRonchocele si inest à natura nō curatur: quæ verò non inest à natura, curatur difficillimè: cuius curandæ primus scopus est in victus ratione: est autem

tem victus præscribendus quemadmodum dictum est de œdemate & strumis. Nam tenuissimè viuendum, à vaporosis & crassum ac viscidum humorē gignentibus cauendum: vini tamen generosi vsus vtilis. Capitis inclinatio, ac vociferatio noxia. Aiter scopus ad vacuationem & purgationem est referendus. Itaque vbi plenitudinis aderunt signa, post iniectionem clysteris mollientis venam secabis. Deinde humorem pituiteum & crassum ac viscidum præparabis vt cap. de œdem. & strumis dictum est. vel,

R. syrupi de ij. rad. mel. ros. col. & oxymel. scyll. sing. ʒ. ij. aquarum beton. sampsuci, fœniculi sing. ʒ. iiij. puluerís pliris arcoticō, vel diamosc. dulcis, vel diambræ, vel cinamomi ℈. iiij. fiat iulep. clarific. & aromat. pro iij. dosibus, & iteretur.

Humoris purgatio.

R. turbith. gummosi ℈. iiij. zinzib. ℈. j. elect. indi maioris ʒ. ij. sacch. modicum, fiat bolus, aut in vino albo dissoluatur.

aut, R. turbith. ʒ. j. s. zinzib. viridis conditi ʒ. ij. sacchari modicum, fiat bolus. aut, R. agarici troc. in melle ros. col. infusi & expressi (nisi sit æger ad vomitum propensus) ℈. iiij. turbith. ʒ. j. salis gemmæ & zinzib. sing. gra. vj. syrupi

ros. solut. ʒ. j. s. aquarum beton. & melis-sæ sing. ʒ. ij. fiat potio, vel pil. de œdem. & absceſſibus pituiteis dictis purgato: altero à purgatione die ſumat drach. j. theriacæ, vel mithridatij, vel aureæ alexandrinæ.

Ad humorem paulatim abſumendum.

Tertius ſcopus eſt in vſu pulueris ſequentis qui paulatim humorem diſcutit atque abſumit.

R. ſaturciæ, hyſſopi, polij montani, pulegij regalis, ſpicæ nardi sing. ʒ. ij. s. apij & petro. singul. ʒ. ij. s. aniſi ʒ. iij. glycyrrhizæ ʒ. ij. nucis moſc. caryoph. sing. ʒ. s. cinamomi ʒ. iij. pip. longi & myrrhę electæ sing. ʒ. j. s. fiat puluis tenuiſſimus. quo vtatur ter in hebdomade cū vino albo ad ʒ. j. tribus horis ante paſtū, ídq; hyeme potiùs quàm æſtate. Si vis addes ſaccharum ad ſaporis ſuauitatem.

Topica remedia.

Quartus ſcopus ad topica pertinet ſequentia.

R. ammon. bdellij galb. in aceto diſſolutorum sing. ʒ. j. s. picis naualis ʒ. ij. reſinæ pini quart. s. miſceātur manibus vnctis oleo ſicyonio, & fiat emplaſt. Laudat Aëtius bdellium mel. mixtum, & calcem viuam, axungiæ ſuillæ mixtam, caprinum

caprinum ſtercus in aceto liquatum, lixiuium cũ melle plurimùm agitatum. alij ſic faciunt:

R. rad. lilij, bryon. cucumeris agr. ſin. ʒ. iij. ficuum immaturarum par. vj. amygd. amararũ ʒ. ij. ſcyllæ ʒ. j. s. colocynt. ʒ. s. bulliant in æquis partibus olei veteris & vini maluatici ad vini conſumptionẽ, terantur & cribro traiiciãtur: poſtea adde farinæ fab. & orobi ſing. ʒ. ij. s. farinæ ſeminis lini & fœnug. ſingul. ʒ. j. medul. cruris bubulĩ ʒ. iiij. olei nucum, vel de piperibus, vel irini quantũ ſufficit. croci ʒ. j. s. fiat catapl. vel,

R. ſeminis ſinapi & vrticæ ſing. ʒ. s. rutæ agreſtis ʒ. ij. ireos ʒ. s. aceti ʒ. j. s. olei de caſtoreo vel olei vetuſtiſſimi ʒ. iiij. ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum. Quod ſi affectus medicamentis minimè ceſſerit, ex Rogerij conſilio admonẽdi ſunt duo ſentones vt ſenſim humor defluat: ac quod ſupererit medicamentis erodentibus paulatim eſt abſumẽdum, velut puluere aſphodelorum & ſimilibus. Denique ſi venis, arteriis & neruis implicata non fuerit, inciſione debet extrahi cum cyſti, quemadmodum de glandulis antea diximus, & à nobis ter aut quater iam factitatum eſt.

De phy

De phymate. Cap. XXXIII.

PHyma tribus remediorum generibus profligandum: Primũ eſt victus rario tenuis & frigida: Alterum eſt ſanguinis miſſio: Tertium in topicis verſatur: quæ aut diſcutiant, aut ſuppurent oportet: nam & hic tumor facilè ad ſuppurationem ducitur. Ex Oribaſio radix altheæ, atriplex, & pariet. & adiantũ vino incoquuntur & apponuntur: aut ammoniacum cum melle mollitum: aut lupini amari & propolis cũ aceto illinuntur: aut radix cucum. agreſt. & cortex radicis capparis, terebint. excipiuntur: aut nitrum cum fermento & ficubus: aut ſequens parabimus ad diſcutiendum & molliendum,

R. ammon. bdellij ſing. ʒ. j. s. ladani puri & tereb. ſing. ʒ. j. propoleos & olei antiqui quantum ſufficit, aceti modicum, eliquẽtur & fiat emplaſtrum. Si eo modo diſcuti non poſſit, vtendum ſequenti ad diſcutiendum & ſuppurandum.

R. cort. radicis capparis ʒ. j. s. caricarũ pinguium paria v. farinæ lupini ʒ. ij. fermẽti acris ʒ. s. coquãtur in aceto & oleo de lilio vel amygdal. dulc. ad aceti conſumptionem, cribro traiiciãtur, addendo nitri ʒ. iij. ſi cepe addideris, magis

ſupp

ſuppurabit: aperta vomica, detergendum, curandúmque vt alia vlcera.

De præcautione à peſte. Cap. XXXIIII.

CVm medici munus, primũ quidem in morbis futuris præcauẽdis, deinde verò in præſentibus curãdis conſiſtat: mihi ſanè prius de peſte præcauẽda dicendum videtur; deinde de eiuſdem curatione: quæ, quàm breuiſſimè fieri poterit, tractabimus: ſi quis autẽ plura volet: perlegat libellum de peſte Raymũdi Vinarij, opera Iacobi Dalechampij medici doctiſſimi in lucem editum. Itaque præcauemus à peſte 4. modis.

Primus eſt in aëris mutatione aut purgatione à vaporibus putridis & corruptis. Secundus in humorum corporis purgatione conſiſtit.

Tertius in cordis confirmatione & corroboratione verſatur. Quartus ad omnem putrefactionem cauendam pertinet.

Aëris præparatio.

De primo ſanè ita exiſtimandum, nihil eſſe ſalubrius fuga aëris peſtilentis: ne eum aërem putrem ac peſtilentem inſpiremus: qui humores ac ſpiritus labefactat. Quod ſi nec fugere, nec domi perpetuò pro negotiis deſidere, ac latitare

tare permittatur, ſaltem in publicum minimè prodeundum cēſeo: niſi antidotum ſumpſeris. In ædibus ſuccendendus ignis luculentus ex lignis ſiccis & redolentibus, qualia ſunt iuniperi, laurinū, myrtinū, & ex vitis palmitibus, roſmarino, lauendula & ſimilibus: ſuffitus etiā conficies ex ſaluia, roſmarino, lauendula, abſynthio, ſampſuco, betonica, origano, baccis iuniperi & lauri, denique ex thure: locupletiores verò parabunt etiā ex gallia & alipta moſcatis, caryoph. & ſimilibus rebus redolētibus. Quæ verò dicta ſunt, hyeme potiùs & aēre nebuloſo ac turbulento, & pluuioſo cōueniūt. Nam æſtate ſolum irrigandum oxycrato, aqua roſacea: & inſternēdi flores roſarum, viol. nymph. folia vitis, myrti, ſalicis cydoniorum, arundinis, iunci. Deniq; ſuffitus faciendi ex roſis, caph. ſantalis, baccis & foliis myrti, ac floribus nymph. quibus etiam addi poterūt ambra, moſcus, xyloaloë, thus, ladanum: maximè verò cortex citri cōuenit, quomodocunque diſponatur.

Humorum præparatio & purgatio.

Alter præcauendi modus ad humorū vacuationē & purgationē eſt referēdus. Venæ ſectionem certè in corpore plethorico

thorico profuturam puto: purgationem verò in cacochymo præsertim cùm bilis redũdat. Commodè quidem fiet purgatio frequẽs pilulis communibus: quæ recipiunt aloës ʒ; s. myrrhæ ʒ. ij. croci ʒ. j. fiúntq; cum syrupo de bug. aloë purgat: myrrha putredinem arcet: denique crocus corporis facultates conseruat. Priùs verò si humores velis præparare: iuuabit syrupus acetosus simplex & cõpositus syrupus de limonibus, de acet. citri, oxysach. de bug. de end. capil. ven. de bizantiis, & de fumaria, quorum superiores arcent putredinem: posteriores meatus reserant & aperiunt. Proderunt quoque aquæ oxalidis, scabiosæ, end. bug. capil. ven. & similes: aut decoctum comparabis tum ad bilem tum ad pituitam ex radicib. ruscí, graminis, asparagi, tunici (quam aiunt alteram esse speciem betonicæ) oxalidis, ex lupulo, fumaria, hyssopo, melissa, scabiosa, agrimon. borag. bug. endiu. cichorio, capill. communibus, quatuor seminibus frig. maioribus, semine anisi, ex prunis, passulis, hordeo glycyrrhiza: addere poteris aliquos ex syrupis dictis, cum pulueribus cardiacis cum cinamomo, diamoscо, triasant. Postea purgabis decocto

cto ex capilli ven. floribus cõmunibus, thamar. myrobal. citrin. & ſenna: in decocto diſſolues caſſiam, mannã & rhab. elect. de ſucco roſ. nimis humores exagitat ob diagridiũ. Si pituita vel melancholia magis ſit præparanda & purganda quàm bilis, ad cap. de œdem. ſcirrho, & cancro in ſuperiori methodo eſt recurrendum: ſemper tamen fugiendus valentiorum medicamentorum vſus, & eorũ quæ immoderatè vel præparando, vel purgando humores exagitẽt: ac perpetuò miſcẽda quæ maximè humorum putredini aduerſantur.

Ad cor confirmandum.

Iam tertius præcauendi ſcopus occurrit in cordis corroboratione: id autem fiet tum aſſumptis, tum admotis. Inter ſimplicia proſunt aurum purũ & argentum, margaritæ, ſapphirus, ſmaragdus, hyacinthus, bolus arm. terra ſigil. ambra, moſcus, caphura, xyloaloë, cortex citri & eius ſemen, radix tormentil. dictamni, gẽtianæ, betonica, endiuia, ſcabioſa, meliſſa, borago, bugl. acetoſa, lupulus, fumaria, caſſia lignea, myrob. citrini conditi, os de corde cerui & alia ex quib⁹ poſſunt parari ſuffitus, epithemata, potiones cardiacæ, opiatę electuaria

ria. Inter composita maximè iuuant pilulæ communes præscriptę, theriaca vetus, mitri. elect. de ouo imperatoris Maximiliani, diatessaron, elect. de bolo, puluis de gemmis, puluis bezera. diamarg. & similia. Confectio liberantis probatur: cuius hæc est descriptio,

R. rad. torment. seminis acetosę. end. citri, coriandri prępparati sing. ʒ. j. s. santal. omnium sin. ʒ. j. boli arm. terrę sigil. sin. ʒ. s. margaritarum, coralli vtriusque succini, limaturę eboris, spodij, ossis de corde cerui, ben. vtriusq; doronici, cardam. macis, ligni aloës sing. ʒ. s. smaragdi, granati, serici crudi, caph. mosci, ambræ, sing. grana iij. cinamomi, croci zedoar. cassiæ ligneę, sing. ʒ. s. sacch. candi penid. sing. ʒ. ij. sacch. dissol. in aqua ros. quantum sufficit, fiat cõfectio. Electuarium de ouo fit hoc modo: albumẽ per acutiorem oui partem educitur: ouum croco repletur: pulte postea circunliniturr: sub cineribus donec in puluerẽ redigi possit, coquitur: eius puluerj sequẽtia adduntur: rad. torment. rad. morsus diaboli, angelicę, pimpinnellę, dictami, zedoariæ sin. ʒ. ij. theriacę veteris ʒ. iij. aqua scabiosæ, vel rosarum diluuntur: puluis oui prædictus miscetur: & eius

mixtionis quotidie manè dr. j. vel ſcrup. ij. ſumuntur.

Aliud electuarium optimum.

R. boli arm. dictāni, pimpinnel. myrrhę, zedoariæ ſingu. ʒ. j. s. terrę ſigil. ʒ. x. torment. ʒ. vj. ſeminis citri ʒ. ij. margaritarum non perforatarum, & ſmaragdi ſing. ʒ. iij. caph. ʒ. j. croci ʒ. s. theriacæ in vino diſſolutæ & in diplomate diſtillatæ ʒ. j. ſyrupi de acetoſ. citri quantum ſufficit, fiat elect. de quo detur manè inſtar caſtaneę cum aqua meliſſæ. Theriaca trium annorum cum aqua acetoſæ æſtate vti poſſumus: hyeme verò antiquiore cum vino. Idē dicendum de mitridathio. Profunt etiam cōſerua roſ. & acetoſæ: parandę ſunt quoque conſeruę radicis tapſi barbati & radicis tormentillæ, tum ad pręcautionē, tum ad morbum curandū. Ex paratu facilibus, quotidie maſticāda verbenaça, & illius ſuccus deglutiendus, vel cum vino, vel iure carnis ſumendus: mirum in modū etiam ad præcautionem confert ſequens electuarium de nucibus.

R. nuces communes xv. & caricas pingues ſimiliter xv. rad. ariſtol. vtriuſque ſing. ʒ. j. s. torment. dictāni albi, pimpinnel. ſan. ʒ. ij. s. fol. abſynth. rutę, ſcab. aſari

ſing.

ſing.m.j.baccarū lauri ʒ.ij.ſ.corticis citri, galangæ, macis ſing.ʒ.j.florū borag. pug.ij. offis de corde cerui, bol. arme. myrrhę ſin.ʒ.j. cum ℔.iij. mell.deſpumati miſceantur, & ex mixtura detur manè inſtar lupini.

Quid agendum iis qui inuiſunt peſte correptos.

Cæterùm quibus incumbit peſte correptos inuiſere, eíſque mederi: priuſquā ſeſe aëri peſtilēti committant, ſumant modicum panis, ſucci limonum, vel arāciorū vel mali punici acidi imbuti, vel theriacam, vel corticem citri vel limonum, vel maſticent zedoariam, angelicam, pimpinnellam, pentaphyllon, vel aliquo vtantur cardiaco prę ſcripto, vel vnam ex ſequentibus pilulis ore contineant. R. corticis citri, zedoar. ſing. ℈.j. pimpinnellę ℈.ij. boli arm. præparatę ʒ.ſ. maſtiches ʒ.j. aliptę moſcat. & galliæ moſc. ſing. ʒ.ſ. cum muccag. gummi tragag. in aqua bugl. extractę & aceti tantil lo, fiant pilulæ xij. pro ʒ. teneat vnam in ore. Prę terea nonnihil vtilitatis afferet orbiculus redolens naribus ſępe admotus, ęſtate quidem ſub hac forma,

R. cort. citri, calami arom. ſing. ℈.j. ligni aloēs tantundem, ſantal. omniū, ſin.

3.j.ladani & maſt.ſin.3.s.florum chamę. ℈ ij.roſ.rub.3.iij.caph.℈.ij. cum mucca. gummi.tragag.in aqua roſ.extractæ,fiat globulus:hyeme verò ſic fiat, R.ſtyracis,calamint.ę,ladani,caryoph.cinamomi,macis,aliptę moſc.gallię moſ.ſing. 3.j.moſci & ambrę ſingu.grana iiij. fiat orbiculus. Quartus peſtis pręcauendæ ſcopus in eo conſiſtit:vt omnem putrefactionem cohibeamus, quod futurum puto:ſi vſum ſex rerum nō naturalium, & annexarum ita conſtituerimus, vt ad frigidum & ſiccum vergant:corpus recrementis vacet, & optimè tranſpiret. Itaque obſeruanda in cibo & potu mediocritas: vitanda ebrietas & ſatietas: cibi ſint coctu faciles & putredini minimè obnoxij: condiantur ſuccis acidis veluti citri limonum,mali punici,arancij,omphacij,ſucco oxalidis,aut aceto: à fructibus abſtineant niſi ſint acidi:vinum ſit tenue & oligophorum:fugiendi motus vehementes,tum animi, tum corporis:aluus liberè fluat:Balnea & venus immoderata vitentur. Aliqui ex ſequentibus pilulis primo ſumunt v.altero die iij.tertio j.quarto die 3.j.theriacę,& poſtea bibunt modicum vini:quinto die vtuntur opiata cardiaca:ſexto die

cap

capiunt vnam ex tabulis ſequentibus. Rurſus die ſeptimo redeunt ad pilulas & eundem deinceps ordinem perſequuntur.

R. zinzib albi & raſi infuſi in æquis partibus aquarum roſ. bugl. & ſcab. ℈. iiij. fiat ebullitio ad tertias, in expreſſione macerentur agar. troc. ʒ. iij. & cum fuerint expreſſa, adde aloës bis lotæ in aqua acetoſę & aceto ℥. j. cor. myrobal. citrin. & cebularum, & rhab. optimi ſin. ℈. ij. rad. dictamni, tormentillæ tunicæ ſing. ℈. j. myrrhę in aqua acetoſę lotæ ℥. s. croci ʒ. j. s. moſci & caph. ſingu. grana ij. ſyrup. acetoſi quantum ſuff. fiant pilu. v. pro ʒ. R. theriacę veteris ʒ. j. vtatur vt dictum eſt. R. rad. gentianę. tormen. dictamni ſing. ℈. j. ſeminis acetoſę & citri ſing. ʒ. j. omniũ ſantal. ſing. ℈. s. boli arm. prępărati, pulueris bezeraici ſingu. ʒ. s. cinamomi ℈. j. oſſis de corde cerui ℈. s. margaritarũ ſapphyr. & ſmaragd. & hya cinthi ſing. ſcrup. j. conſeruæ acetoſæ & bug. ſing. ʒ. vj. ſyrupi de limonibus & ſyrupi conſeruationis corticis citri ſingu. quantum ſufficit, fiat opiata pro diuitibus. Pro pauperibus verò,

R. ther. veteris ʒ. ij. conſeruę bugl. & acetoſæ, pulueris elect. de bolo & beze-

raici ſingu. dra. ſ. aureę alexand. ʒ. j. fiat opiata.

R. pulueris bezeraici, pulueris elect. de bolo, diamarg. frig. & de gemmis ſin. ſcrup. ij. diapenid. ſine aromatibus dr. j. conſeruæ bugl. aceroſæ & roſarũ ſing. ʒ. iij. ſacch. in aqua ſcab. diſſoluti quãtum ſufficit, fiat elect. in tabellas ponderis ʒ. ij. vtatur vt dictum eſt.

De febri peſtilenti. Cap. XXXV.

PEſtilentis febris curatio primò requirit victum tenuem & frigidum. Cibi qui facilè putreſcũt, & difficilè coquuntur fugiendi: acida autem cõmendantur: iura & cibi condienda ſuccis aceroſæ, omphacij, limonum, mali granati, arantij, aceto & ſimilibus. Continuò ore contineat & maſticet radicẽ angelicæ, vel tormentillæ, vel pentaphylli, vel corticem arancij, vel limonum: à ſomno quantum fieri poteſt, in principio abſtineat, ne facilius venenum ad cor perueniat. Secundò requirit vacuationem: ea autem fiet venæ ſectione, ſi vires permiſerint: ídque initio tantùm: nã ſolet hæc febris eſſe tam ſæua, vt vires citò proſternat. Vomitus etiam initio iuuabit, & alię reuulſiones, habita ratione loci, in quo eſt tumor peſtilẽs. Tertiò à venę

ſect

sectione sudores mouendi sequenti decocto, R. cardui benedicti ʒ.ij. verbenæ, scabiosæ sing. m̃. j. fol. tuth. saluiæ, calendulæ, sing. m̃. j. s. macerentur in vino albo, & distillentur: ac detur illius aquę ʒ.ij. initio morbi ad sudorem prouocandum: aut detur ʒ.j.s. aquę chelidoniæ, aut ʒ.iij. trypherę persicę, vel sarracenicę ad eundem effectum. Quartò humores leniter purgandi, & sine magna eorum agitatione hoc modo, R. myrob. citrin. & cebul. sin. ʒ.ij. tamarind. sebest. sing. ʒ.iij. fiat decoctio in aqua scabiosæ vel buglossi, colaturę adde syrupi ros. solut ʒ.j. fiat potus. Potest addi cassia, & rha. vt cap. superiori. Quintò cor est cõfirmandum, tum assumptis, tum admotis, qua de causa post euacuationem factam, vel venæ sectione, vel vomitu, vel medicamẽto aluum laxante, potus cardiaci sunt propinãdi: & epithemata regioni cordis admouẽda: de quibus capite de carbunculo meminimus. Maximè verò confectio alchermes laudatur, nisi immoderatè sit aluus lubrica; aut lapis lazuli qui in illa compositione recipitur, fuerit nouies lotus, vt purgandi & laxandi vim amittat. Potibus verò cardiacis additur vnc. j. syrupi viol. vel

nymph. vel de pap. ad ſomnū concilian-
dum, poſt morbi principiū. Iuſculis etiā
ad roborandū aliqua miſceri poſſunt: vt
iuſculis pauperū puluis coralli, oſſis de
corde cerui, portu. aceto. omphaciū, fo-
lia tapſi barbati (niſi ſit aluus aſtricta).
fol. bug. bora. ſcabioſ. Pro diuitibus ve-
rò, R. ſo. verbenę, ſcab. acetoſæ, ſcordij,
bugl. ſing. ſm. j. granorum citri vel aran-
ciorum ʒ. j. corticis citri, ʒ. s. roſa. rubr.
pug. j. fiat decoctio in iure pulli ad lb.
ij. cui adde pulueris cornu cerui, coral-
li vtriuſq;, ben. vtriuſq; rad. pēraph. ſin.
ʒ. j. pulueris diamarg. & de gemmis ſin.
ʒ. ij. pulueris bezetaici ʒ. j. ſucci aracio-
rum, vel omphacij ʒ. ij. aceti ʒ. j. fol. auri
iij. diſtillentur omnia in diplomate, vel
coquantur horam vnam, & ex eo deco-
cto ſumat cochlearia duo vel iij. cū ſuis
iuſculis. Sextò ventriculus etiam robo-
randus. Nam ſępe vomitu laborant: ex
quo ſequitur frequēter animi deliquiū,
aut aliud cordis ſymptoma, aut cibos &
potus cardiacos retinere non poſſunt.
Itaque ſuperior pars ventriculi ſequen-
ti vngenda vnguento.

R. olei roſ. myrt. cydon. ſing. ʒ. ij. olei
nardini ʒ. s. vngatur regio ventriculi,
aut vtere oleo roſa. & aceto. Ad animi

de

deliquium & cordis palpitationem potus cardiaci frequenter propinandi, & epithemata noctu & interdiu quater aut quinquies applicanda. Septimò siti occurrendum decocto hordei cũ syrup. de limon. de acetos. citri, acetosę simpl. oxysacch. aut,

R. aquę ros. quart. j. aquarum acetosę, bugloss. nymph. sing. quart. s. aquarum scab. verb. singu. ℥. j. aceti albi ℥. s. sacch. quantum sufficit, fiat iulep. aromat. santalo albo: vtatur dum sitiet.

Topica tumoris pestilentis.

Octauò habẽda est ratio tumoris, qui suboriri solet in inguine, vel alio emunctorio. Is fouendus est decocto radicis lilij, altheæ, maluæ, chamę. anethi, adianti. Postea addemus farinã tritici, butyrũ & oleũ ad cataplasma conficiendũ. Et si verò iuuanda est natura in expulsione materiæ venenatæ, trahendo ad partes ignobiles & externas, maximè dum natura non satis expellit: tamen cauẽdum ab immoderatè trahẽtibus, quod dolores & febres plurimùm adaugeant, ac vires deiiciãt: nũcq; nec vomitus ciendus, nec catharticum exhibendum: ne venenatos humores quos natura foras propellit, intrò reuocemus: sed perseue-

randum in epithematis,& potibus cardiacis:atque attrahendū moderatè:nec enim cucurbitulis vtendum censeo,nisi in partibus tumori vicinis: sed tumori potiùs gallina est applicāda,quæ sphyctere ani sui trahat satis, sine vehemēti dolore aut humorum agitatione: aut aliud animal,aut stupas imbutas superiori decocto applicet in septē dies. Alij interea vngunt oleo sicyonio:alij cœypo vtūtur:alij capiunt ammon.bdellij.gal. sing.ʒ.j.puluēris iridis florentię ʒ.s.olei sicyonij, vel de lilio quantum suff. alij diachylon ireatum,alij diachyl. magnū capiunt: alij verò id improbant: quod venenū exhalare nō sinat.Subinde cùm humor sit malignus,& discutiētibus minimè cedat,ad suppurātia est properandū.Cepe itaq; inter cineres coctū & caricas elixas cū fermēto & butyro misce bis ad cataplasma conficiendum. aut,

R.rad.lilij ʒ.j.mal. bismal. viol.sing. m̄.j.farinæ seminis lini,far.hord.& tritici sing ʒ.j.caricarum par. ij.florum chamæm.& viol.sing.pug.j.flo.samb.pug.s. fiat decoct. & facta per cribrum traiectione, adde axung.suill. gall.vel vituli singul.ʒ. j.s. olei amygd. dulc. vel lilij, vel viol. vnc.iij. croci ʒ.s.fiat catap. cui pote

poteris addere cepe vnum ſub cineribus coctum: ac priuſquam catap. admoueas, locum affectum decocto huiuſmodi rerum fouebis. Quando pus confectum fuerit, ſtatim vomica aperienda, vlcuſq; detergendum. Carbũculi quemadmodum fieri ſolet, ſi ſuperuenerint, iis erit medẽdum, vt antea præſcriptum fuit cap. de Carbunculo.

De Bubone non peſtilenti.

Cap. XXXVI.

INterdum in emunctoriis & adenibus naſcuntur tumores critici, aut alia ratione, partibus principibus recrementa propellẽtibus: in quibus curãdis, nec vẽnã ſecamus, nec cathartica propinamus, nec humorem repellimus: ne naturę motũ intercipiamus; vel cohibeamus: imò nonnunquam attrahimus: maximè verò ſtatim confugimus ad anodyna roborantia, diſcutientia, tandémque ad ſuppurantia.

Nonnulli vtuntur oleo roſ. chamęm. anethino, œſypo, pingued. gall. ex quibus cum cera vnguentum parare poteris: aliis placet ad dolorem leniendum oleum roſ. cum ſale: quod initio Guido non probat. Ad materiam diſcutiendam, cõmendatur diachylon cum omni

gen

genere gummi. aut,

R. chamæm. melil. singu. pug. j. farinæ seminis lini & fœnug. sin. ʒ. j. ammoniaci dra. vj. cum oleo chamæm. fiat catapl. Qui sub axillis tumores oriuntur, seu bubones, frequētiùs suppurant: cùm sit materia calida, & in loco calido.

Accidit quandoque sub axilla tumor à materia frigida, quæ fugilla dicitur Arabibus: in quo curādo præter victus rationem, & alui solutionē, quæ cap. de strumis præscripta sunt: admouere possumus emplastrum ex cineribus limacum cum melle & adipe, ex Archigenis sententia: cui etiam possumus terebint. addere: aut ex melle & terebinthina emplastrum parare.

Quandoque etiam bubones oriuntur ex doloribus partium extremarum: ad quos curandos, initio venam secare, atque aluum laxare proderit.

Tumor ex venæsectione. Cap. XXXVII.

CVrabitur si alterius brachij venam secueris virtute permittente. Tumori appones albumen oui cum oleo ros. addésque si vis bolum arme. Iuuat quoq; fotus ex refrigerantibus, emplastrum de ceruſa, oleum lumbricorum, & postea quæ valentiùs discutiunt.

De

De Chiragra à pituita. Cap. XXXVIII.

MEdebimur huic affectui, primò victus ratione, calida & ſicca: fugiemúſque fructus crudos & herbas, legumina, lac, caſeũ, piſces præter ſaxatiles in vino coctos vel aſſos, deniq; omnia pituitea. Secũdò humoris præparatione & purgatione vtendũ, quẽadmodum cap. de œdem. & ſtrumis dictũ fuit: fient quoq; auerſiones cucurbit. friction-ibus, ligaturis partiũ oppoſitarũ. Poſt totius corporis purgationem, præſcribendum decoctum gaiaci ex vino vel aqua factum, iuxta corporis temperiem & habitum, atque affectus naturam.

Tertiò medebimur topicis attenuantibus, incidẽtibus & reſoluentibus. Fiet iraque lixiuium ex cineribus quercus, ficus, ſarmentorũ, ẽorticis fabarũ: in quo concoques radicis ebuli ʒ.ij.s. caulium rub. m̃.iij. lupinorũ & fœnug. ſing. pug. iij. florum ſamb. & ſtęch. ſing. pug. ij. aluminis, ſulph. ſing. ʒ.ij. ſalis ʒ.iiij. aceti ʒ. v. qua decoctione foueatur manus: & ex megmate cataplaſ. conficiatur: & faſcia eo decocto imbuta circunligetur. Limatura etiam cornu cerui vino albo diu coquitur: & ea decoctione cum limatura manus fouentur. Cùm humor iam fuerit

rit resolutus: alumen, acacia & hypocistis aceto dissoluuntur: & eo manus fouentur ad eas roborādas, ne iterum humorem influentem recipiant.

De panarice & paronychio.

Cap. XXXIX.

IN his tumoribus victus ratio, venæ sectio, ac purgatio eadē atq; in phlegmone sunt præscribenda. In topicis initio repellētia cum anodynis miscenda: quorum sunt formulæ sequentes,

R. succi portul. solani, plātag. aut crassulæ & vmbilici ven. singu. ʒ.ij. muccag. seminis psyllij cum succis extractæ ʒ.ij. boli arm. dr. ij. gallarū ʒ.s. caph. ℈.j. olei ros. ʒ.iij. misceantur ac frequēter applicentur. Prodest quoq; initio oleum ros. myrt. cum oleo de lilio: aut vnguentum albū cum caphura, & vnguentū populeū æquis partibus miscentur: nā ea mixtio modicè repellit, calorem cohibet: & tumorem calidum suppurat: aut hyoscyamus coctus cum axung. & muccag. psyllij, vel maluę miscetur, & apponitur: aut ea miscentur cum vnguento albo, quod caphuram recipit, & populeum. Interdum in maximo dolore miscemus opij aliquid, ex Auicennæ sententia cum laćte & croco: vel olei rosa. vnc. j. opij & hyosc.

hyosc. singul. ℈.j. apij ℈.s. vitellum vnum oui simul miscētur. Ego tamē expertus sum oui albumen cum oleo viol. magis dolorē mulcere, quàm illud narcoticū: imò verò nulla astringentia loco affecto, sed vicinis admouenda cēseo: quod ea humorem impingendo dolorem foueāt & adaugeant, atque periculum ossi afferāt: sed discutiētibus potiùs ac suppurantibus cū mediocriter raborātibus vtendū. Vino itaq; caleti lauabis, ac fouebis: postea oleo ros. vnges. Ad suppurandum & leniendum sequens est optimum.

R. sacch. ros. ℥.s. axung. gal. ʒ.iij. vitellum oui vnum, & butyri recentis modicum, fiat vnguētum in mortario absque igni: aut muccaginem psyllij, adipem suillum, butyrum recens, vitellos ouorum, farinā lini & fœnug. misceto, & applicato. Cùm erit aperta vomica, detergendum melle, terebint. & hordei farina, & vnguento apostolorum si videbitur conuenire, aut puluere mercurij, si opus fuerit. Postea sarcoticum sequens proderit.

R. aloēs dr.iij. myrrhæ, thuris, & sarcoc. singul. ʒ.j. terebinth. drac. v. mel. ros. col. ʒ.ij. misce.

Si

Si accidat ossis corruptio, seu caries, cauterium admouendū, deinde efficiendum vt eschara decidat: idque fiet medicamentis, quæ cap. de vlcere cum ossis corruptione dicentur.

De mammarum tumoribus. Cap. XL.

MAmmarum inflammatio curatur victu frigido & tenui: venæ sectione in cubito eiusdem lateris: purgatione, vt cap. de phlegmone dictū est: ac mensium prouocatione, si suppressi fuerint: deniq; procedēdum ad topica. Quæ verè repellentia dicuntur initio nequaquā hic cōueniunt: siquidē perspirationem impedirent, & materiā ad cor pellerēt; sed sufficient oleū ros. & albumen oui ac succus plantag. vel oxyrrhod. calens: vel endiuiæ succus cum aceto: aut folia solani, melilotū & farina fab. cum oxymelite & oleo amygd. dul. coquentur in formam catap. Vel applicabis folia hyosc. cum oleo ros. aut semen hyos. cum oleo ros. potéisque addere farinam hord. & vinum. In augmento & statu prosunt discutientia.

R. fol. mal. viol. sing. m̄. j. hord. mund. pug. s. florū chamæm. melil. singu. pug. j. fiat decoctio. qua suffiatur & foueatur mamma: deinde cape butyri ʒ. iij. olei viol.

viol.ʒ.ij.liniatur locus affectus. Prodeſt quoque pinguedo gal.& anatis cũ farina fabarum. Ad ſuppurãdum valet emplaſtrum. Auicennæ.

Rec.micæ panis quart.j.farinæ faba. quart.s.far.fœnug.ʒ.j.rad.altheæ quart. s.vitellos ouorũ iij.myrrhæ & aſſæ fœtidæ ſing.dr.j.croci ϑ.j. vel,

R.rad.altheæ ʒ.iiij.mal.viol.ſing.m̃.j. farinæ tritici & hord.ſing.ʒ.j.fiat decoctio: pinſantur, & ſeraceo traiiciantur: deinde adde butyri recentis ʒ. iij.pingued. ſuillæ ʒ. ij. vitellos ij. fiat catapl. Vomica poſtea aperienda in loco inferiori,cauẽdúmque à venarũ pręciſione: ne poſtea mamma lacte priuetur:detergendum autem melle terereb. myrrha, ſarcoc.& ſimilibus.

Quando tumor eſt ab humore frigido,præſcriptis victus ratione & purgatione, ſicut in methodo vniuerſali de tumoribus frigidis fuit explicatum. In topicis toto morbi decurſu proſunt oleum de ſpica,de lilio, chamæmelinum, anethinum, amygdalinum, pinguedo gallinæ cum cera & lana ſuccida.

De lactis concretione. Cap. XLI.

STatim à partu,quãdo mulier nõ eſt infantem alitura,ne lac ad mammas

confiuat, in iisque concrescat, cucurbitulæ sunt pectini admouendæ ad finem musculorum rectorum epigastrij, vel vtrique inguini: mammis autē sequentia apponito.

R. aquæ liliorū & mentæ sing. ʒ. iij. aquæ chelidon. ʒ. j. aquæ rosa. & nymph. sing. ʒ. vj. misce ac frequenter mammas laua, pānóſq; iis immersos applica. Ceram nouam in formam cerati rotundi, quod in medio propter papillā sit pertusum apponito: aut eā ceram prius in oleo violato dissoluito & cerati conficito, & admouento. Sequens quoque puluis confert, ad lac abstumendum.

R. seminis fœnic. ʒ. j. aniſi ʒ. s. apij, petro. & agni casti singu. dr. j. coralli rub. cornu cerui vsti sing. ℈. ij. sacch. duplum pondus: fiat puluis de quo capiat manè & ferò cochlear vnū. Si mammæ in tumorem attolantur, vtere sequentibus.

R. vnguenti ros. & cerati santal. fin. ʒ. j. olei ros. & chamæm. sing. ʒ. ij. misce, & liniantur partes vicinæ manus fricentur saluia & menta.

Ex saluia quoque menta & virga pastoris, fiat puluis quo vratur in iusculis. Potest etiā fieri decoctio ex sicla, menta & apio ad fotū: postea herbæ huiusmodi tritæ

tritæ ſunt velut cataplaſ. apponēdæ: nam optimū id eſſe experientia probat: quod incidat, aperiat, tergat & ſiccet.

R. farinæ fab. & orob. ſin. quart. j. ſucci chelidonij maioris ʒ. ij. ſucci mentæ ʒ. iij. olei lil. & mentæ ſingul. ʒ. iij. fiat cataplaſma.

R. farinæ fab. & hor. ſin. ʒ. j. ſtyracis in oleo roſ. diſſolutæ ʒ. s. coagulū vnū hœdi, miſce, & fiat catapl. quod māmis applicetur, præcedente liru ex oleo roſ.

Volunt ſalſamentum petroſelini tridūo manè & ſerò appoſitum, lac cōcretum diſcutere: quia etiam incidit aperit, ſiccat, & diſcutit.

Idem efficit vnguentū album Galeni aceto diſſolutum: nam acetum incidit & tenuat & ſiccat.

Idem præſtat butyrū aceto lotū: nam mollit, incidit ob acetum acreſoluit.

Prodeſt etiam aqua roſacea cū aceto mixta, argilla in puluerē redacta, & cum aceto acri mixta, rumorem pungentem ex lactis concretione tollit: idem efficit nidus hirundinum cum aceto.

R. furfuris m̄. j. florū chamæm. & melil. ſing. pug. j. farinæ fab. ʒ. iiij. vngued. gall. dr. x. croci ℈. ij. olei roſ. chamæm. & anethi ſing. ʒ. j. s. olei viol. dr. x. miſce &

ſapa, fiat cataplaſma.

Si lac concrerum nõ diſſoluatur & diſcutiatur, eſt ſuppurandum precedenti catapl. vel,

R. mal. viol. ſing. m̃. j. florum chamæm. melil. ſin. pug. s. fiat coctio: cui adde micæ panis albi ℔. j. butyri ʒ. j. s. vitellos ij. olei roſa. ʒ. ij. olei chamæm. ʒ. j. s. fiat catapl. aut micam panis albi ea decoctione imbutam miſce cũ vitellis ouorum & croco. Aperto abſceſſu, ſequentia conferunt ad detergendum.

R. vnguẽti regis ʒ. ij. mellis roſ. col. ʒ. s. ſuccorũ plãtag. apij & abſynthij ſin. ʒ. j. farinæ hordei ʒ. j. s. fiat vnguentum: aut miſce vnguẽtum regis cũ melle roſ. col. Ceratum quoque applicetur ex diachyl. cõmuni in oleo roſ. diſſoluto. Nonnunquã poſt inductã cicatricẽ, remanet in aliqua parte mãmæ durities, cui ſic medẽdũ: adeps veruecis ſuper pannũ lineũ extẽditur, puluere ceruſæ aſpergitur & applicatur: aut emplaſtrũ ex foliis rutæ: aut oryza in vino dulci vel iure pingui coquitur & crocus additur: ac cũ vitellis ouorum & oleo viol. fit catap. aut,

R. rad. altheæ coctæ ℔. s. pingued. anatis vnc. j. medullæ cruris vituli & bouis ſingu. ʒ. vj. ſebi vaccini ʒ. iij. olei roſ. ʒ. j.

olei

olei chamæm. & anethini sing. ʒ.ij. olei de lil. ʒ.j. s. ceræ albę quantum sufficit, fiat ceratum optimum: quando de scirrho dubitamus si tumor in cancrum degeneraret, prohibenda est illius generatio, litu ex ol. ros. ʒ.iiij. in quibus coxeris pap. hyosc. & opij. sing. ℈.j. & dissolues gummi arabici ʒ.j.

Si cancer iã genitus est, ad illius curationẽ totius mãmæ excisionẽ tutã existimare non possum, tutius itaque vteris fucata curatione, quàm chirurgica.

De inflammatione pectoris & partium intercostalium. Cap. XLII.

PEctoris inflammatio postulat victũ tenuem & frigidum, venæ sectionẽ, & alias reuulsiones, medicamẽta laxantia, quemadmodum à nobis est explicatum in methodo superiori de phlegmone & aliis tumoribus calidis.

In vsu topicorum in principio inflammationis repellentia & astringẽtia, aut nulla aut imbecilla admouẽda: tum ob cordis propinquitatem, ne in partem principem humor repellatur: tũ ob respirationem necessariam, ne impediatur pectore constricto eorum vsu. Sufficiẽt ergo olea, rosaceum, myrtinum & vio-

laceum, cū aquis ros. viol. & succo plantaginis.

In incremento vtilitatē afferunt oleū chamæm. & rosaceū, vel viol. mixta: aut farin. hordei, fab. & lentiū cum oleo ros. misceto: aut alrheam, maluas, chamæm. & melil. coquito: in decoctione micam panis furfuracei macerato: omnia trita cum butyro, oleo chamęm. vitellis quorum & croco misceto, & cataplas. confici to. In tumoris cōstitutione eadē proderunt, si addideris semen lini & fœnug. & similia. Si tumor discuti nō possit, sequentia ad pus gignendum prosunt.

Rec. rad. lil. ℥. iij. mal. viol. singul. m. j. in iure gall. elixato: deinde cum mica panis albi in decoctione macerata pinsito: & cum butyro & oleo communi catapl. facito. aut,

R. rad. altheæ ℔. j. seminis lini & fœnug. singul. ℥. ij. coquito: postea butyri ℥. iij. vitellos quorum iiij. in formam catapl. misceto.

Cùm pus apparuerit, statim secūdum costarū longitudinē vomica aperiatur: ne pus acre erodat, penetret, ac in cauitatē thoracis delabatur: aut fistulosum vlcus efficiat. Deinde aliquot diebus

vten

vtẽdum digestiuo ex terebinthina & vitellis ouorum: postea detergendum. Si in pectoris cauitatem penetret, ad caput de curatione vulneris in pectore, & de curatione fistulæ recurrendum.

De tumore frigido pectoris. Cap. XLIII.

PEctoris tumor frigidus victũ attenuãtẽ, calidũ & siccũ, medicamenta pituitã præparantia & purgãtia expetit: sicut de œdemate fuit ostensum: quibus erunt miscenda, quæ pectus adiuuant: vt sunt iris, ænula, hyssopus, melissa, glycyrrhiza, passulæ, hordeum & similia.

Quo ad topica iuuabunt resoluentia, discutientia, incidentia, detergẽtia. Itaque oleum chamæm. anethinum, liliorũ amygd. irinum, de spica applicato: aut eorum aliqua cum flo. chamæm. & farinæ seminis lini & fœnug. misceto: aut radicem altheæ, maluas, coriandrum, squinantum, semen lini & fœnug. flores chamæm. melil. & stœchad. coquito: decocto locum foueto: postea cataplasma ex iis apponito, vel ex mica panis & farina fabarum in vino & oleo chamæm. in formam pultis efficito.

Denique cùm tumor discuti non potest, pus hoc modo gignito,

R. rad. alth. ℔. s. rad. lil. ʒ. iiij. eas

elixato: postea terito, & addito far. tritici, seminis lini & fœnug. butyri & axũg. suillæ sing. ʒ. iij. vitellos ouorum iij. & croci ℈.j. ac catapl. conficito.

Vomicę apertio vt antè dictũ est minimè est differẽda: ne vlcus fistulosum, nec caries in ossibus suboriatur: quod multis sæpissimè accidisse visum est à nobis. Ad deterſionem prosunt oleũ de vitellis ouorum cum melle ros. col. & modica quantitate myrrhæ & sarcoc.

De hydrope qui ascites appellatur.

Cap. XLIIII.

PRimus huius morbi curãdi scopus in victu tenui, calido & exiccante, versatur. Aër sit purus & siccus: ad cuius præparationem prodest hic suffitus.

R. cinamomi, caryoph. spicę nardi sin. ʒ.j. s. styracis calam. benioin sin. ℈.ij. ladani puri ℈.iiij. gummi tragag. in aqua florum citranguli eliquati quãtum sufficit, fiant troc. qui in carbones coniiciantur. Æstate, prædictis addemus flores nymph. ros. & santala. Cibi omnes acres, acidi, salsi, crassi & viscidi fugiendi: herbæ, fructus horarij, iura & alia humectantia vitanda: Omnia siccantia & diuretica prosunt. A potu quantum fieri potest abstinẽdum: panis hordeaceus

iuuat

iuuat cum ſaccharo, ſeminibus aniſi & fœnic. in puluerem tenuiſſimum redactis: ſic quidem vt in ℔.j. paſtæ ſit ʒ.j.s. ſacch. & ʒ.s. ſeminum. Somnus diurnus vitetur: nocturnus verò ſit breuis: Exercitatio vſque ad ſudores ad aquam abſumenda optima.

Venæ ſectio locũ hîc nullum habet, niſi eſſet hydrops ob menſium vel hæmorrhoidum retentionem: aut ſubeſſet inflammatio in hepate vel liene, aut plenitudinis notæ apparerent. Secundus ſcopus in vſu catharticorũ conſiſtit. Erit autem auſpicandum ab hoc clyſtere,

R. fol. ſiclæ, mercurialis, parietariæ, agrim. ſing. m̃ j. ſeminis aniſi, fœnic, carui, dauci ſing. ʒ.j. ſeminis melonũ cõtuſi ʒ.s. florũ chamæm. melil. ſin. pug. j. fiat decoctio, cape decol. ℔.j. in aqua diſſolue caſſiæ recenter extr. ʒ. j. hieræ picræ gal. ʒ.s. ol. de lil. vel chamæm. vel amyg. amararum ʒ.iij. mellis deſpumati ʒ. j. s. ſalis ʒ.j.s. fiat clyſter, quo bis in hebdomade vti poterit, niſi laboret alui profluuio.

Ad corporis & humorum præparationem.

Poſt primam clyſteris iniectionem corpus & humores ſunt præparanda, de

quorum præparatione iam habes ſuperiori methodo cap. de tumore aqueo. Præparabis quoque hoc modo, ex iis quæ aperiunt meatus, tollunt obſtructiones, incidunt, tenuant & humores ſeroſos educunt & abſumunt & ſiccant.

R. radicū filicis, apij, petro. ruſci, graminis, aſpara. & fœnic. in vino albo xij. horas maceratarum: corticis mediani, fraxini & tamaricis, corticis ſambuci, cort. radicis cappar. ſimiliter maceratorum ſing. ʒ. rad. aſari & glycyrrhizæ ſin. ʒ. s. ſaluiæ agreſt. valeria. chamædr. chamep. auriculæ muris, anagalidis agrimon. capillarium communium, lapathi acuti totius, endiuiæ non lotæ, bugl. & ſummit. lupuli ſing. m̄. j. hyſſopi & mentæ ſing. m̄. s. abſynth. thimeleæ, chamęleæ & braſſicæ marinæ ſing. modicum, ſeminis viticis, halicacabi, petro. apij, dauci, aſpar. ſeſeleos, aniſi & fœnic. ſing. ʒ. ij. ſeminis caſſutæ (cuſcutam vocant) portul. & melonum ſingul. ʒ. iij. ſeminis cartami contuſi ʒ. j. ſennæ ʒ. j. s. florum hyperici, geniſtę & cicerū rub. ſing. pug. j. iunci odorati, ſpicæ nardi & celticæ ſing. ʒ. ij. coquātur ſimul ſuo ordine: cape de col. ℔. ij. in quibus diſſolue ſucci rad. ireos depurati ʒ. iij. ſacch. quantum ſufficit

ſufficit, diarhod.abb.ʒ. ij. rhabar. aquæ end.irrorati ʒ iij. cinamomi grana xv. fiat apozema clarif. & aromat. pro vj. doſibus continuis, vel per interualla ſumptis. ſi adſit hepatis intemperies calida, non erit tam calidis vtendum.

R. ſyrupi de quinque radicibus, & ſyrupi de bizantiis ſing. ʒ. ij. ſ. vel ſyrupi de eupat. & ſcolopend. tãtundem, aquarum fœniculi, aſpar. vel gramin. vel capill. ven. vel cichorij vel end. ſingul. ʒ. v. diarrhodon abb. ʒ. j. miſce & fiat iulep clarif. & aromat. pro iij. doſibus, quod iterum fiat pro aliis iij. doſibus.

Purgatio.

R. rhabarb. in ʒ. iij. aquę end. & ʒ. j. vini albi infuſi & expreſſi ℈. iiij. cinamomi gra. v. cathol. ʒ. vj. ſyrupi viol. vel ſyrupi roſ. ſolut. ʒ. j. fiat potus. vel,

R. liquiritiæ, & paſſul. mund. ſing. ʒ. j. feminis apij. petro. & halicac. ſingul. ʒ. ſ. feminis braſſicæ marinæ drac. ij. ſennæ orient. & ſeminis cartami contuſi ſin. ʒ. vj. agarici troc. ʒ. j. ſ. florum anthos & geniſtæ ſing. pug. j. fiat decoctio in col. ʒ. iiij. diſſolue diaphœn. ʒ. iij. diacart. ʒ. ij. ſyrupi de bizantiis & ſyr. roſ. ſolut. (qui educit aquam & leni ſua aſtrictione roborat hepar) ſingul. ʒ. j. fiat potio.

Cúmque

Cúmque semel purgasse non sufficiat: erunt ex vsu sequentes pilulę, vel opiata laxans.

R. massæ pilularū de hiera simplici ʒ. j. s. pilul. de rhab. ʒ. j. pilul. de saga. ʒ. s. pilularum de mezereo ℈. j. cū melle ros. col. fiat massa, de qua formentur pilul. vij. pro ʒ. sumat iiij. aut v. decimo quoque die.

R. seminis cartami ʒ. x. sennæ orient. ʒ. j. catho. ʒ. j. s. pulueris brassicę marinę, aut eius loco elaterij ʒ. j. thymeleæ in aceto præp. sing. ʒ. j. s. cum syrupo ros. so lut. fiat opiata, de qua capiat ʒ. s. bis vel ter in mense.

Ad absumendam aquam, obstructiones tollendas & roborandum hepar.

Tertius scopus ad ea quæ aperiunt, roborant & aquam absumunt pertinet.

R. rad. rubiæ maioris ʒ. iij. conserue florum geniste, conserue capill. ven. & scolopend. sing. ʒ. j. cōfect. dialac. & diacurcu. sing. ʒ. ij. trochiscorum de cupat. & de rhab. sing. ʒ. j. s. pulueris diamarg. frig. ℈. iiij. cum syrupo de quinque rad. fiat opiata de qua capiat ter in hebdomade manè tribus horis ante passum instar auellanæ: vel vrarur, sequēti electi

R. corticis citri conditi ʒ. j. s. conser-

uæ capill.ven.& florum cichorij sing.ℨ. iiij.troc.de eupat.& de cappar. sing.ʒ. j. diarhod.abb.ʒ.j.s.rosatę nouel.ʒ.s.triasant.duplicatis seminibus & rhab.ℨ. ij. sacch.in aqua absynth. & end. dissoluti quantum sufficit,fiat elect. in tabellarũ formam, quæ sint ponderis ʒ.iij. capiat quater in hebdomade.Opiata precedẽs magis absumit aquam & aperit tollítq; obstructiones:Electuarium verò etiam roborat hepar & ventriculum.Vide alia tum assumenda tum apponenda parti externę hepatis & ventriculi,cap.de tumore aquoso in methodo vniuersali.

Topica ventri hydropici admouenda.

Quartus scopus topica ventri applicanda docet.

R.radicum fœnic.ebuli,arist.rot.acori,iridis florẽtiæ sing.ℨ.j.s.corticis rad. cappar.& cort.interioris vlmi sing.ℨ.ij. fol.agrim.& rutæ sing.m̃.j.seminũ anisi, fœnic. cumini, ameos, seseleos, apij.& petro.sing.ʒ.iij.florum samb. chamæm. melil.stæch.& ros.sing.pug.j.sulph. viui ℨ.iij. squamarum ferri (quæ tundendo ferrum candens excidunt)ʒ.iiij.fiat decoctio in vino albo, qua spõgiis imbutis totum ventrem foueant, dempta hepatis regione. deinde,

R.

R. milij. feminis apij & cumini ſing. ʒ. ſ. feminis carui ʒ. j. baccarum lauri ʒ. ij. centaurij minoris ʒ. j. florum chamæm. anneti, & roriſmar. ſin. pug. j. in ſattagine torreantur, vino albo irrigando, & fiant duo ſacculi, qui viciſſim vetri applicentur. poſtea, R. olei amygd. dulc. olei nardini ſing. ʒ. iij. olei laurini ʒ. ij. ceræ quantum ſufficit, fiat linimentum. vel,

R. ladani ʒ. ij. calami odorati, florum iunci odorati ſing. ʒ. j. ſ. croci ℈. ij. axung. anatis, olei rutacei ſing. ʒ. iij. aceti ʒ. ſ. fiat vnguentum.

Probantur etiam vnguenta, martiatum, aragon. & agrippæ, ac emplaſtrum de baccis lauri: cataplaſmata etiam quę ex ſtercoribus parantur, proſunt.

R. ſtercoris bouis ʒ. iiij. ſtercoris caprę ʒ. ij. ſ. baccarum lauri ſtaphiſag. ſing. ʒ. vj. caricarum in aceto diu infuſarū pug. x. ſulph. viui ʒ. ij. rad. ireos & aſſari ſing. ʒ. ſ. coquantur omnia in vrina pueri & terantur, addendo axung. anſeris & anatis ſing. ʒ. iij. olei rutacei & irini ſing. ʒ. ij. fiat cataplaſma. vel,

R. ſterc. colúmb. ʒ ij. ariſtol. rotundæ, pyrethri ſing. ʒ. ſ. ſpicæ nardi, cardam. ſing. ʒ. j. coſti amari ʒ. iij. marcaſi. ʒ. ſ. ladani ʒ. iij. bdellij in vino albo diſſoluti

ʒ.

ʒ.ij. thuris ʒ.j.s. ol. laurini & cerę quantum ſufficit, fiat vnguentum, vngatur venter. vel,

R. ſucci cyclam. & braſſicæ marinæ ſing. ʒ.j. ſucci cucum. agreſt. ʒ.s. aſſari dr. vj. ſeminis apij petro. & feſeleos ſing. ʒ.j. pingued. cuniculi & ſcorpionum ſing. ʒ.j. ceræ modicum, fiat vnguentum pro ambitu vmbilici: Stercus quoque caprinum lotio humano mixtum ex Raſi iuuat illitum: oleo de meſereo Meſue illinit vētrem. Cochleæ denique in lixiuio coctæ & tritæ vtiliter in formam catap. ventri admouentur.

In vſu topicorū quæ ventri apponuntur, cauenda eſt regio hepatis: nā illa ſæpe ſunt admodum calida: hepar nimis incalefceret, eiuſq; robur omnino diſſolueretur: ſed ne ea noceāt regio hepatis ſequenti vnguento erit munienda.

R. cerati ſantal. ʒ.iij. vnguēti roſ. ʒ.j.s. ſpicæ nardi ʒ.j. ſpodij. ʒ.iiij. olei de abſynth. ʒ.ij. olei de nymph. ʒ.j. aceti acerrimi modicum, ſeminis endiuiæ & portul. ſing. ʒ.j. fiat vnguentum, quo tepidè regio hepatis vngatur.

Nonnulli aiunt ʒ.j. ſpicæ nardi cū vino quotidie ſumptam & potā hydropicos curare: alij ʒ.j. thymeleæ in pulue-

rem

rem redactæ & in aceto maceratæ, cum vino albo interdum propinant: alij capiunt testæ nemoralis testudinis ʒ. j. s. coralli rub. ℈. iiij. semi. portul. ʒ. j. aquarum tamarisci & scolopend. sin. ʒ. j. s. ac potum faciunt, quem frequenter propinant: volúntque remedium esse præstantissimum.

De hyposarca. Cap. XLV.

EAdem propemodum in hoc affectu debet esse victus ratio atque in superiori: humor pituiteus est ad expulsionẽ prçparãdus, incidentibus, tenuantibus & aperiẽtib⁹ ac purgãdus, quemadmodum dictũ est de œdemate, de abscessu phlegmatico, de strumis, superiori capite, nisi quòd non est vtendũ tam valenter cientibus vrinas, & serum sanguinis absumentibus: in omnibus semper habenda ratio hepatis & ventriculi, vt earum partiũ vires non dissoluãtur, si solitæ purgationes sistuntur: & mẽses vel hæmorrhoides sunt ciendæ. Deniq; proderũt frictiones moderatæ partium tumidarum, ad calfaciẽdum & tenuandum humorem, postea sudoris & vrinarum prouocatio, atque in vnguentis, cataplasmatis & emplastris ea omnia quæ rarefaciunt, tenuant, incidunt, aperiunt,

riunt, discutiunt & tergunt: quorũ omnium formas habes suprà cap. de œde. de strumis, & proximo, sed ea tibi sunt deligẽda, vt videris has vel illas parteis magis affici & pituitæ naturam.

De tympanite. Cap. XLVI.

SImilibus præsidiis curatur tympanites, atq; duę species hydropis præcedentes: præter quàm quòd hoc in affectu in omnibus medicamentis maximè præscribẽda quæ flatus discutiunt, quẽadmodum in vsu alimentorũ, ac præterea quæ pituitam euacuant & absumunt, cùm sit materia flatuum. In reliquis roborandus ventriculus, roborandum hepar: Topica eadem iuuãt quę antea fuerunt præscripta, modò causam considerres, num calida, nũ frigida: nã cùm causa calida, in omnibus mediocriter calida sunt exhibenda & applicãda: cùm autem causa frigida, calidioribus rutò vtimur. Cucurbitula magna etiã vẽtri inferiori, admouẽda. Cauẽdum etiam ne acria medicamenta ventriculi calorem imbecillum resoluãt: aut vbi magna est pituitæ copia, maiores flatus excitẽt tenuando. Theriacę & mitridatij vsus vtilis tum ad ventriculum, calfaciendum, tum ad pituitam absumendam, tum ad

ratus discutiendos.

De scirrho hepatis.

Hepatis scirrhus curatur, primo victu attenuante, molliente & incidente, vnde ficuum & passularū vtilis est vsus, & eorum decoctum, cappares quoque iuuant & hordeatum.

Secundò humores præparandi & euacuandi, vena non est aperienda, nisi plenitudinis apparerent notæ, aut scirrhus esset à retentione hęmorrhoidum vel mensium. Humorum præparatio fit, incidentibus, mollientibus, aperientibus & detergentibus, vt syrupo capillorum ven. de end. de cichorio, de eupat. de bizātiis, de absynthio, de duabus & quinque radicibus, cum aquis graminis, fœniculi, end. capillorum ven. & similibus: aut apozema parabitur ex radicibus aperientibus capparum cortice, scolopē. & aliis capillaribus ex agrimo. end. cichorio, hordeo, glycyrrhiza, passulis, ficubus, & aliis vt quæ vrinas cient & calculum in renibus frangunt, vt capite de scirrho dictum fuit, & de œdem. habita humoris ratione. Animaduertendum enim num pituita crassa, num humor melancholicus, scirrhum effecerit. postea catharticis conuenientibus vtendum,

tum

inter quæ laudatur hiera picra ſimplex cum terebin. vel ammoniaco in pilulis.

Tertiò ad topica procedendum. Sint autem mollientia, incidentia, tenuantia & mediocriter diſcutientia neceſſe eſt, mixtis tamen aſtringentibus ad hepar roborandum, ne eius vis diſſoluatur, fotus mollientes ex decoctione liliorum altheæ, maluæ, viol. parietarię prodeſt, modò non ſit frequens & diuturnus.

Linimenta & vnguenta ex oleo liliorum, irino, nardino, ex ammoniaco, bdellio, galb. & aliis ſimilibus mollientibus, diſcutientibus, additis ſantalis, ſpica nardi, calamo aromatico, oleo maſtichino, & de abſynthio ad roborandum conferunt, vt hoc modò ex Gal. & Paulo.

R. ammoniaci in aceto diſſoluti ʒ. j. bdellij ʒ. s. ſpicæ nardi ʒ. iij. croci ʒ. j. s. abſynthij ſicci, maſtich. aloës, olibani, ſingu. ʒ. ij. ſebi & medullæ vituli ſing. ʒ. j. s. œſypi ʒ. iiij. olei de abſynthio & ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum.

vel,

R. olei roſ. ʒ. j. s. olei nard. & maſtich. ſingu. ʒ. s. ſucci abſynthij ʒ. j. ſquinanthi, ſpodij, caſſię ligneæ, caudę equinæ ſing. ʒ. iij. ceræ quantum ſufficit aceti modicum, fiat vnguentum.

De ſcirrho lienis. Cap. XLVII.

HOc in affectu eadem eſt curandi methodus atque in ſuperiori affectu, niſi quòd lien valentiora quàm hepar medicamenta ſuſtinet.

Itaque primò victus attenuans conſtituendus. In quo frequens vſus capparum, ſummitatū aſparagi, & lupul. probatur.

Alterum in hoc affectu neceſſarium eſt humoris tum phlegmatici tum melancholici præparatio atque purgatio. Quam ad rem efficiendam commoda ſunt cortex radicis capparis, cortex tamariſci, fraxini, rad. graminis, ruſci, aſparagi, lapathi acuti, aceroſę, geniſta, ebulus, fumaria, lupulus, ceterac. ſcolopend. & aliæ capillares, end. cichorium, borago, bug. ſemē agni caſti, cuſcurę, portu. acetoſæ, ſemina frigida maiora, flores communes, flores ębuli, ſamb. geniſtæ, roriſmar. Syrupi capil. aceroſus, de fumar. de duabus & quinque radic. de pomis, oxymel ſimplex & ſcylliticum & ſimiles. Ad purgationem conferūt thymus, epith. ſenna, polypodiū, agaricus, tartarum, catholicū, diaſenna, confectio hamec diaphœn. indum majus, triphera perſica. Miſceri enim debent phlegmagog

goga & melanagoga: Nã vterq; humor cum sit crassus, potest lienis & hepatis obstructiones & duritiem efficere. Prodest quoque tartarum.

Tertiò accedendum ad topica, inter quæ commendatur cortex radicis capparis in potu sumptus, vel extrà appositus: cortex radicis hederæ, & enulę cãp. radicis ebuli & ireos succus, vino sensim infuso dum teruntur. Succus cẽtaurij maioris sumptus & illitus, cyclamen viride & siccum illitum: vinum in quo carbones tamarisci extinguntur: Puluis scolopend. ceterac, & betonicę, acorum, caprinum stercus cum ficubus applicatum, emplastrum de meliloto, dialthea, ceratum œsypi, ammoniacum dissolutum in aceto miscetur oleis de cappar. & de lilio. Denique iuuant omnia quæ molliunt, incidunt, tenuant, aperiunt & resoluunt.

R. ammoniaci ʒ. ij. bdellij, sagap. opo. sing. ℈. ij. farinæ lupinorum ʒ. s. farinę seminis lini & fœnu. sing. m. j. olei de cappar. ʒ. vj. olei de spica & de tereb. singu. ʒ. ij. dissoluantur gummi in aceto & fiat emplastrum, quod applicetur præcedente fotu ex decoctione corticis radicis cappar. tamarisci, ebuli, sambuci, ceter.

ſcolopend. & herbarum mollientium: poteris etiam ſota regione lienis, magmati illius decoctionis addere farinas ſeminis lini & fœnug. œſypum, adipes, butyrum, olea liliorum, amygd. chamęlumbricorum & alia mollientia, inc. dentia, tenuantia, diſcutientia & ſplenica ad cataplaſma conficiendum.

R. ſuccorum bryon. & cyclam. ſin. ℔. s. olei ℔. j. s. medullæ crurum bouis ℔. s. butyri recentis quart. j. bulliant lento igni ad ſuccorum conſumptionem, adde cortices rad. capparis & tamar. cetterac. ſeminis agni caſti, in puluerem redactorum, ſing. ℥. j. s. miſce & fiat vnguentum quod certa experientia à me comprobatum eſt optimum in ſcirrho lienis. Ammoniacum additur aceto diſſolutum & galb. b. delliũ, ſtyrax, radix ireos, ſemina apij, cumini, rutæ & flores anethi ac geniſtæ, olea ficyonium, ſeſaminum & ſimilia.

De vmbiculo procidente.

Cap. XLVIII.

VMbilici eminentia ſeu procidẽtia cùm à flatibus fieri ſoleat: victũ, humorum præparationem & purgationem, quemadmodum de tumore flatuoſo diximus, expetit. In quibus omnibus ma

maximè iuuant semina flatus discutientia, vt anisi fœni. cumini, dauci, carui. seseleos, ameos, rutæ. Post purgationem vis concoctrix ventriculi confirmanda tum assumptis, tum admotis, sicut suprà dictum est, de tumore flatuoso & œdemate. In topicis, Rasis pulueris spicę celticæ ʒ. s. cum terebinthina miscet atque applicat in formā emplastri vel illa miscenda cum oleo, sesamino vel amygd. in formam vnguenti, vel in formā epithematis: vt stupæ eo imbutæ applicentur: Aut ex eodem Rasi lupinos amaros & pannos lineos comburito: vino perfundito, & cum stupis adponito: fotus etiam fit ex decocto astringentiū: postea lentes & arnogl. simul cocta in formam catapl. admouentur: Thus quoque cum albumine oui, gallis, malicor. acacia prodest.

De ani tumore. Cap. XLIX.

COnstituenda victus ratio huic affectui congruens, vena ad reuulsionem secanda in brachio, si sit à sanguine tumor: aluus non est cienda vehementibus medicamentis, ne in partē affectam recrementa ducantur: sed ciendę potius vrinæ aut vomitus prouocandus, nisi sit ad phthisin propensus ęger: cōfert enim

vomitus ad reuulſionem. In topicis initiò vtimur oleo roſ. vel myrt. vel cydo. cum oui albumine. Aut cydonia cũ aceto & aqua cocta, miſcẽda cum oleo roſ. & in formã catapl. admouenda: cui adiicere potes corticem granatorũ: & gallas virides coctas in aqua, vel vino rubro. In augmento ad repellendum & diſcutiendum iuuant lentes coctæ cũ gallis viridibus, ouum integrum cum oleo violaceo, vnguento roſato & tãcillo croci: in ſtatu mediocriter diſcutiẽtia cum anodynis ſunt admouenda, cuiuſmodi ſunt chamæm. melil. ſemen lini & fœnug. roſmarinus & à proprietate, cerebrum anſeris & eius adeps.

R. lentium pug. iij. florum chamæm. melil. ſambuci ſing. pug. ij. coquantur & terantur addendo farinæ ſeminis lini & fœnug. ſing. ʒ. j. butyri recentis ʒ. ij. pingued. anſeris ʒ. j. cerebrum eiuſdem, vitellum oui, croci modicum, miſce, fiat cataplaſ. Dolor ſedabitur oleo viol. vel hyoſc. oui albumine; vel vitello & croco: Aut catapl. de pomis præſcripto cap. de ophthalmia: Cùm tumor ad ſuppurationem tendit: Coquuntur radic. altheæ & lilij, malua, viol. tapſus barbatus: decoctioni adde oleum viol. butyrum & vit

vitellos ouorum: aut vtere emplastro ex cepe.

Post suppurationem statim aperiatur vomica: ne fistula inde oriatur ob puris retentionem eiúsque acrimoniam.

De Bubone venereo. Cap. I.

VIctus in hoc affectu tenuis debet esse, cibíque euchymi. Vena initiò nequaquam est secanda, nec medicamentum laxans propinandum: ne naturæ motus impediatur: sed si natura ad expulsionem tardior videatur: attrahentibus est adiuuanda: vt aqua & oleo calentibus, vel decoctione lilij, altheæ, maluæ, viol. seminis lini & fœnu. qua foueatur tumor: vel cucurbitulæ affigantur. Postea ad reliqua topica progrediendũ, qualia sunt sequentia: quæ vim habent attrahendi & discutiendi.

R. emplastri diachyl. ireati ʒ. iiij. terebinth. ʒ. j. amurcæ, olei de lilio quart. s. fiat ceratum.

vel,

R. diachyl. magni cum gummi ʒ. iiij. misceantur cum oleo irino. & fiat ceratum. Si in medio galb. ʒ. j. addideris, magis trahet.

vel,

R. ammoniaci, bdellij opop. dissoluto rum aceto acri sing. ʒ. j. terebint. lotę ʒ. j. s. florũ chamæm. samb. sin. pug. s. pul-

ueris iridis florentiæ ʒ.s. olei chamem. vel de lilio quantum ſuff. fiat forma emplaſtri. Tumor verò ſi medicamentis diſcutientibus ſit contumax, ad ſuppurantia confugiemus: de quibus iam pleriſque in locis dictū eſt: præſertim de bubone peſtilenti: deinde vomica eſt aperienda. Interiectis aliquot diebus, ſi adſint ſcopi ſanguinis mittēdi, venam tundito, cathartícum exhibeto, pro humorum & corporis natura, alioquí ægro periculum immineret incidendi in morbū venereum. Eadem verò medicamenta laxantia hîc conuenient, quæ in morbo venereo. Iámque ad vlcus eſt redeundū: quod deterges primò quidem mitioribus, ſi dolor adſit: tandémq; ad valētiora gradiendū: ac toti bubonī emplaſtrū, diuinum, vel diachylon ireatum admouendum. Tam dedecens autem ſi fuerit diſcutientium vſus, vt iam ſubnaſci ſcirrhum animaduertas, ad mollientia de quibus copioſè capite de ſcirrho diximus, te recipito: & radicem bryoniæ ac cucumeris agreſt. tum ad incidendum, tum ad molliendum, tum ad diſcutiendum permiſceto. Quando malet æger bubonem diſcuti ac reſolui quàm pus gigni: clyſma cōmune iniicito: & cath.

aliá

aliáque laxátia in eo diſſoluito. deinde,

R. pilul. hieræ ſimpl. & pilul. aſſaiaret. ſing. ℈. ij. miſceantur: & cũ oxymel. ſcyl. in quo agarici ℈ j. ſit infuſus, fiãt pilulæ, de quibus ſumat iiij. ſingulis iiij. diebus, horis duabus ante cænam.

R. olei lil. ʒ. j. olei chamæ. ʒ. s. miſceto: buboně linito; & lana ſuccida operito.

R. emplaſtri de melil. & mucilag. ſing. ʒ. ij. miſceãtur cum oleo de lilio, & parti admoueantur.

De inflammatione ſcroti & teſtium.

Cap. LI.

TEſtium & ſcroti inflãmatio expetit victus rationem, venæ ſectionẽ, vel ad euacuationem, vel ad reuulſionem & purgationem, quemadmodum diximus de tumoribus calidis, iuxta humorum naturam & mixtionem. Ad reuulſionem etiam proderit vomitus, niſi ſit ægrotus ad tabem propenſus. Aluus glandibus, vel clyſteribus ſubducẽda potiùs quàm medicamentis valentibus. Vrinæ quoque ciendæ non ſunt: ne corporis recrementa in partem affectam adducantur. Topica erunt præſcribenda pro temporum morbi totius diuerſitate & partis natura.

In principio quidem ad repellendum

non

nonnihil vtilitatis afferēt oleum roſ. vel myrt. vel cydon. cum cimolia & aceto, atque oui albumine in forma linimēti: aut ſuccus plantag. vel ſolani cum oleo roſ. & ouo integro tum ad repellēdum, tum ad dolorem leniendum.

In augmento partim ad repellēdum, partim ad diſcutiēdum, partim ad molliendum, partim ad leniendum.

Rec. rad. alth. ℥. iij. radic. lil. ℥. ij. radic. cucum. agreſt. vnc. j. s. mal. viol. brācæ, roſ. ſing. m̄. j. ſummitatum abſyntij m̄. s. roſ. rub. & florum viol. ſing. pug. s. florū chamæm. melil. ſamb. ſing. pug. j. coquantur, terantur, cribro tranſmittantur, addēdo farinæ hord. & fab. ſing. ℥. ij. axūg. gall. recētis vnc. j. s. olei chamæm. & roſ. ſing. ℥. ij. croci ℈. s. miſce, fiat catap. Proximè ſtatum ſi magis velis diſcutere,

R. radic. altheæ ℥. iiij. mal. plātag. cauliū rub. ſin. m̄. j. florū chamæ. melil. ſamb. ſingul. pug. j. roſ. rub. pug. s. coque, tere atq; adde farinæ fab. vnc. iij. far. ſeminis lini & fœnug. ſing. vnc. s. ſeminis cumi. in puluerem redacti ℥. j. coriand. ſimiliter puluerizati vnc. s. coquantur iterum ad craſſitiē: poſtea adde olei chamæm. & anethini, aut de lil. ſingul. vnc. j. s. pingue. gal. vnc. j. miſce & fiat catap. Poſſunt etiam

etiam alth. mal. viol. roſæ. chamæ. melil. ſemina lini & fœnug. cum farinis fab. & hord. vel lupinorum, ſi minor ſit calor, coqui in æquis partis aquæ communis, & lixiuij, poſtea addi adipes & oleum chamæm. ac anethinum, fieríque cataplaſma.

Ad dolorem leniendum proſunt lac, butyrum & oleum roſ. mixta: aut catapl. ex hyoſc. mal. chamæm. farina hord. & fab. cum oleo roſ. & chamæm. Aut folia hyoſc. contuſa & appoſita ad ſtuporem. Si tumor non diſcutitur, ſuppuretur, vt tumor mammarum.

De tumore ſcroti ac teſtium ab humore frigido. Cap. LII.

IN hoc tumore victum attenuantē & ſiccantem conſtituito humores incidentibus, tenuantibus non tamen aperientibus, ne eò ferantur excrementa præparato: aluū phlegmagogis mediocribus ſubducito: vomitū ad reuulſionem cieto: poſtea vētriculum roborato.

In topicis, ad dolorem leniendum, & reſoluendū conferent far. hordei, fabarum orobi, lupin. ſeminis lini, fœnug. Flores chamæm. melil. ſtæch. roriſmarini. Adipes anſeris, anatis, gallinæ, medulla cruris vituli, miça panis. Oleum

cham

chamæm. anethinum, irinum, cum modico olei ros. vel myrt. Si medicamentis valentioribus opus redeundum ad caput de œdemate.

De hernia aquea & flatuosa. Cap. LIII.

QVæ in vniuersum de tumore aqueo & flatuoso superiùs dicta sunt: ea huc quoque sunt referēda. Præterea iuuat catapl. ex baccis lauri, farinę fab. & fœnug. ex furfure, ex puluere cumini, ammoniaci terebint. sapa, oxymel. & oleo laurino simul mixtis, vt sępe sum expertus. Nec mediocriter adiuuat cataplas. ex stercoris bubuli ℔. j. puluveris cumini ʒ. j. baccarū lauri ʒ. s. cū furfure, antè tamen eorum vsum locū fouebis decocto pulegij, calaminti, origani, semini anisi. fœnic. dauci, cumini, carui, sesel. ameos, rutæ, florū chamæm. melil. saluiæ, stæch. anthos & similium.

Postea lines oleis de ruta, de costo, de castor. de euphorbio, de baccis lauri & similibus: deinde admouebis catapl. in quibus omnibus tibi erit videndū, num plus sit flatuum, num plus sit seri seu aquæ in tumore: Nam vbi plus est seri, maior debet esse furfuris quātitas: vbi plus flatus, etiam augebis flatus discutientia: hernia aquosa si iis non cedat,

aper

aperiatur in loco magis decliui.

Hernia verò flatuosa curationē manuariam non admittit.

De Enterocele & Epiplocele. Cap. LIIII.

HIc affectus vel chirurgia, vel pharmacia curatur. Chirurgiā peritus chirurgus relinquet empiricis, pharmaciam verò suscipiet: in qua primo victus ratio instituenda tenuis, vsus ciborum laudati succi probatur. Vitentur autem omnia flatuosa, vt legumina, rapū, herbæ recentes, fructus horarij, omnia quæ difficilè coquuntur, & reliqua, vt de tumore flatuoso, & de œdemate dictū est. fugienda satietas & immoderata repletio, corporis agitatio, saltus, coitus & vociferatio. Aluus ꝑpetuò liberè fluat, præsertim in enterocele, ne stercus indoratum in intestino, quod in scrotum delabitur, plurimum negotij faceſſat.

Secundò euacuationi & humorum præparationi ac purgationi est insistendum. Proinde si in adolescēte (nā is adhuc ob partiū mollitiem & humiditatē medicamētis curari potest, tametsi iam difficilius quàm pueri & infantes) si inquā in eo adsunt plenitudinis indicia, venæ sectio proderit: priùs iniectò clystere ex decocto molliētū, symph. & ca-

mar-

marind. humores præparabuntur iuxta corũ naturã, ſi craſſi & viſcidi tenuantibus & incidentibus, ſi tenues & acres, incraſſantibus & acrimoniam obtũdentibus: quæ dicta ſunt in methodo generali. Poſtea purgabuntur iis medicamentis quæ relinquant aſtrictionem, qualia ſunt tamarind. rhabar. & omnes myrobal. ſpecies.

R. maſſæ pilul. alephãg. ʒ.ij. ſ. pilul. de bdel. dr. j. ſ. capiat pilulas iij. horã vnam ante cœnam ſemel in hebdomade.

Tertiò vtendum opiata ſequenti, quæ aſtringit & ſiccat,

R. conſeruæ ſymphyti maioris cõſeruæ roſarũ antiquæ corticis citri, ſaccha. cõditi ſing. ʒ. j. ſigilli beatæ Mariæ, iaceę albæ & nigræ ſin. dr. ij. boli arm. in aqua roſarum loti, ſanguinis drac. ſing. dr. ij. ſ. acaciæ, hypociſt. ſing. dr. j. ſ. carnium cydon. ſacch. cond. ſine aromatibus vnc. ij. limaturæ calybis vnc. j. ſyrupi myrtini quantum ſufficit, fiat opiata: de qua capiat manè antè paſtum inſtar nucis, & poſtea bibat modicum vini rub. aqua ſymphyti, vel agrim. diluti.

Quartò procedendum ad topica: quæ etiam vim aſtringendi, glutinandi & ſiccandi habeant.

R.

R. pſidiæ, balauſt. nucum cupreſſi, calycum glandiũ, ſing. ʒ. j. s. glaſti, plantag. ſymph. valerianæ ſingul. m. ß florum roſ. chamæm. melil. anethi ſing. pug. coquantur in vino rubro auſtero & foueatur locus.

R. maſſæ emplaſtri contra rupturam & emplaſtri de maſtiche ſin. ʒ. iij. lapidis magnetis ʒ. ij. acaciæ, hypociſt. boli arm. ſing. dr. ij. miſceantur cũ oleo cydon. & de terebint. ac fiat maſſa emplaſt. quod applicetur & xv. quoque die renouetur, ac perizomate circunligetur. vel,

R. herbæ hernioſæ quantum vis, tertio, ac paulatim vinum album auſterum affundito, & quotidie manè vnc. iij. vel iiij. potui dato: Poſtea aquis roſ. plãtag. ſolani & ſymphyti aliiſque aſtringentibus locum foueto. deinde,

R. herbæ hernioſæ m̃. iiij. in vino albo & auſtero coquito, & diebus ſingulis in formam catap. affigito, vel ſequentibus etiam expertis vtitor.

R. corticis granatorum, balauſt. calycum glandiũ ſumac. ſing. ʒ. j. herbæ hernioſæ, calcitrapæ & ſymphyti ſing. m̃ j. hypociſt. gallarum, aluminis. ſing. drac. ij. roſa. chamæmel. anethi ſingul pug. ij. coquantur in æquis partibus vini au-

ſteri & aquæ fabrorum & ea decoctione foueatur locus.

R. rad. ſymph. & oſmũdæ regalis ſing. ℥.s. herbę herniariæ m. j. far. fab. & hord. ſingu. ʒ.ij. cum aqua fabrorũ & vino auſtero, fiat catapl. Et dum hæc fiunt, bibat ſequens decoctum,

R. rad. ſymph. & oſmundæ regalis ſin. ʒ.vj. fiat decoctio in æquis partibus aquæ & vini albi, in col. diſſolue ſyrup. viol. & cydoniorũ ſingu. ℥ij. s. fiat iulep. pro iiij. doſibus.

Cũm fotu præcedenti & cataplaſmate xv. dies vſus fuerit, ſequentibus vtetur viij. diebus.

Rec. aluminis vnc. s. bulliat in ℔. j. aquæ fabrorum ad medias, & fiat fotus.

R. gũmi elenij ʒ. iij. maſtich. olibani, ſarcoc. ſin. ʒ. s. myrob. cebul. & indarum ſing. ℈. s. olei myrtini quantum ſufficit, emplaſtri contra rupt. ℥. j. miſce & admoue. Proderit ſemper & ad curationem & ad præſeruationem circumcingi perizomate ſubligaculo & firma ligatura. Quando inteſtinum delapſum eſt, in quo ſtercus induruit adeò vt clyſter immitti non poſſit, fotu ex mollientibus tentanda eſt inteſtini reductio.

Alia

Alia curatio empirica.

Radicem vnam lilij & apij ac hederæ terreſtris ſing. m. j. capito: in lb. ij. aquæ ad medias coquito: ne quid dū coquuntur exhalet, cauero: colaturam in tribus doſibus potui dato: magma in tres globulos redigito: & ſingulis tribus diebus ſingulos globulos in ſartagine cū oleo frixos apponito: & ſtupis ſuperpoſitis partem perizomate circunligato: ſexies aut ſepties decoctionem repetito: interea ægrotus ſupinus decumbito & duodeuiginti dies in lecto manero.

De tumoribus penis. Cap. LV.

PEnis tumoribus calidis eadē propè ſunt: quæ antea ſcroti & teſtium inflammationi prodeſſe diximus, & in vniuerſalibus & particularibus remediis, obſeruata temporū tumoris varietate. Penis tamen magis aſtringentia recipit, quàm ſcrotū & teſticuli. Cōmodè verò valenter aſtringentia pectini admouentur ad fluxionem prohibendam, quale defenſiuum noſtrum de quo ſuprà cap. de carbunc. Et peni initiò proderit ſuccus vel aqua ſolani cum cimolia: vel ſuccus ſolani vel plantag. cum ouo, aut oxyrrhodinum cum bolo in forma linimenti, aut lentes, cortex mali granati,

& roſæ ficeæ cum oleo miſcentur & coquuntur ac loco applicantur. Cùm vehemens dolor adeſt ab intēperie calida, iuuāt folia hyoſc. & maluarum cocta, & oleum viol. cum oui albumine: aut mica panis infuſa in lacte cum vitellis ouorū, addito tantillo opij & croci, oleum papauerinum, & emplaſtrum de pomo ſub cineribus cocto cum lacte.

Procedente tumore fiet catapl. ex far. hord. lentium, oleo roſ. vel viol. & ſucco portulacæ: poſtea remiſſo calore ſuccus origani iis miſcebitur. Si tumor frigidus, eadem ſunt facienda tum in vniuerſalibus tum in particularibus, quæ de tumore frigido ſcroti & teſticulorū diximus: cúmque voles valenter reſoluere, coques lentium & hord. ac fab. far. ac ſtercus caprinum in ſuccis betonicæ & origani, vino rubro auſtero & aceto. Si flatus miſceantur, adde rapum & raphanum. Potes etiam ad methodum vniuerſalem recurrere.

De genuum tumoribus. Cap. LVI.

GEnuū tumores ab humore calido ſunt profligandi victu tenui & frigido, venę ſectione, cucurbitulis & aliis reuulſionibus, ac medicamentis catharticis. Deniq; topicis remediis tū repellen

lentibus, tum diſcutientibus, iuxta temporum morbi, varietates, ſimul etiam anodynis, de quibus omnibus ſatis dictũ eſt in methodo vniuerſali: hoc tamẽ obſeruãdum videtur, quòd ſcarificationes cùm illis eſt opus prudenter fieri debẽt: nam omnes articuli ſunt imbecilli, præditi tamen ſenſu exacto, vnde ex ſcarificatione ſequitur dolor & alia accidẽtia. Tumores verò œdematoſi, vel à pituita, vel à flatibus, vel ab aqua ſeu ſero ſanguinis, vel ab illis tribus ſimul mixtis, victum & cathartica requirunt, ſicut in methodo vniuerſali diximus: laudatur etiã puluis ex turbith. ʒ. ij (modò ſit turbit. optimum) hermodactyl. ʒ. j. zinzib. ℈. ij. ſacch. ʒ. s. de quo ſumantur ʒ. ij. s. cum decocto cicerũ rub. topica fiunt ex medic. incidentibus, renuãribus, mollientibus, ratefacientibus, derergentibus, diſcutientibus & ſiccantibus etiam antè dictis: fotus fiũt lixiuio ex cinerum ſarmentorum ℔. ij. ſalis vnc. ij. & ſulph. tantundem. Poſt forum emplaſtrum de ſinapi admouendum. vel, capito farinæ hord. & fab. ſingu. vnc. iiij. furfuris m̃. ij. ſtercoris caprini ℔. s. florum chamæm. melil. ſingu. pug. j. olei chamæm. & anethini ſingul. vnc. ij. lixiuij & ſapæ quan-

tum ſufficit, fiat cataplaſma.

Dolori ſedando confert hyoſc. cum ſtercore ouilio & aceto: vel ſtercus bubulum cum aceto: vel ſtercus caprinum cũ poſca, & hordei farina. Cùm humor calidus cum frigido miſcetur, etiam indicationes ſunt complicatæ: tũcque lixiuij loco vti potes muccag. althææ, vel eius decocto.

De tibiarum & pedum tumoribus, quos elephantiam vocant. Cap. LVII.

VIctum tenuem, calidum & ſiccum hic affectus exigit: cibóſque qui facilè coquantur, ac ſanguinem laudatum, non pituiteum, nec melãcholicum gignant.

Secũdò ſi humori ſanguis permixtus appareat, vena ſecanda, & aliæ reuulſiones faciendę in partibus ſuperioribus: vomitus ciẽdus: cathartica quæ pituitã & melancholiã purgent, vt de œdemate & ſcirrho dictum eſt, exhibenda.

Tertiò in topicis proderunt incidentia, tenuantia, mollientia, rarefacientia, detergentia, diſcutiẽtia cum aſtringentibus ad partem confirmandam. Fotus fiet lixiuio ex cineribus ſarmentorum quercus, ficus, caulium, in quo cõcoxeris pulegium, calamentum, origanum, lupi

lupinos. stæch. sulph. & sal, cum astring. vt acacia, hypocist. alumine & similib⁹. Acetum quoque cum aqua fabrorum confert: Terra lemnia, bolus arm. cum aceto vtilis, denique conueniunt quę de chiragra diximus. Post fotum,

R. sulph. ℥. j. sterc. columb. ʒ. x. far. fab. furf. sing. ℥. j. s. cum decocto asphod. succo cauliũ rub. & aceto, fiat cataplasma.

Fascia quoq; qua tibia circumuoluitur, imbui potest vino austero, vel decocto astringentium, vt etiam facimus in œdemate, tumore flatuoso & aqueo.

De varicibus. Cap. LVIII.

VArices initio victus rationem ad laudatum sanguinem gignẽdum; dextrę venę iecorarię apertionẽ, medicamenta humorem melanch. & crassum pręparantia & purgantia, vt dictum est de scirrho & cancro expostulant.

Topica initio roborantia & astringentia esse debent ex bolo arm. terra lemnia, nucibus cupressi, gallis, acacia, hypocist. quibus addẽtur cyperus, thus, tragag. hord. farina: fiéntque ex iis fotus & cataplasmata. Ea etiam cũ oui albumine & aceto possunt misceri. Prodest etiã emplastrum cõtra rupturã & similia. fascia quoque vino austero vel decocto

astringentiũ est imbuẽda ad ligaturam.

Varix si medicamentis non cedat: ad chirurgiam cõfugiendum, quemadmodum Guido præscribit: Cutis est præscindenda: varix aperienda: sanguis ex ea educendus: infrà postea supráque liganda, præscindẽda & vtrique fini vena cauterium applicandum. Soleo tamen minori labore & dolore acu aduncа & recurua filum traducere sub vena: eámque ligare ac filum relinquere, donec ex sese cadat. Ad discutiendum humorem in parte contentum, vtor fotu ex lixiuio, deinde emplastro ex attenuantibus, discutientibus & siccantibus.

Diurnas varices tutum non est curare, nec medicamentis, nec chirurgia, quemadmodum nec hęmorrhoides inueteratas, nisi ægrotus temperantissimè viueret: ac frequenti vteretur purgatione, atque interdum venæ sectione.

LIBER

LIBER SECVNDVS ENCHIRIDII CHIRVRGICI Antonij Chalmetei, vniuersalem curandorum vulnerum curationem tractans.

De vulneribus. *Cap.* 1.

VLneris definitionem, causas, signa & prognostica hîc quoq; prætermittimus: quèadmodũ in methodo tumorum curãdorũ iam fecimus: tantúmq; præcipua curandi capita paucis attigimus: reliqua enim omnia chirurgo cùm satis nota sint, hoc breui cõpendio summa rerum capita facilè memoria complectetur.

Communis omnium vulnerũ curandorum indicatio est vnio. Particulares verò sunt quinque.

Prima extranei ablationem præscribit.

Secunda partium distantium adductionem & coniunctionem.

Tertia partium coniunctarum, in ea vnione retentionem.

Quarta substantię partiū cōseruationē.

Quinta accidentium prohibitionem & mitigationem.

Prima intentio perficitur, vel ferreis instrumentis, vel medicamentis trahentibus. Quibus verò instrumentis res infixę sint auellendæ, à prudenti chirurgo facilè excogitabitur, pro figura & varietate rerum infixarum, & natura partiū affectarū: de quibus satis copiosè agit Tagaurius, & alij non pauci. Medicamenta autem sunt radix aristolochiæ, arundinis, anagallis, thapsia, ammoniacum, sagapenum, dictānum, ranæ combustæ. Radix arund. contunditur & cum melle miscetur: vel emplastrum Auicennæ, à Guidone probatum admouēdum: vel sequens expertum.

℞. lapidis magnetis ʒ. j. rad. aristol. vtriusq; polypodij, visci sing. ʒ. j. sterc. anseris ʒ. j. s. ammon. galb. in vino albo dissolutorum sing. ʒ. s. propoleos ʒ. ij. ol. de lilio ʒ. iij. mellis ʒ. j. fiat emplastrū: quod cùm voles admouere, locum priùs fermēto illines. Puluere quoque magnetis

cum

cum aliquo detergente imbui poterit turũda & applicari: ita tamen vt turunda non stringat ferum relictum.

Secunda & tertia intẽtio eodẽ modo perficiũtur: nimirum ligatura si vulnus simplex & exiguum, & in loco in quo ea commodè fieri possit: aut si vulnus etiã magnum satis in fibrarum musculi longitudinem protensum & commodè ac facilè ligari possit, vt in musculis brachij. Si ligatura non sufficit, addenda sutura: Pars blandè tractanda & debito situ collocanda.

Quarta intentio absoluitur victus institutione cõuenienti prouratione viriũ, affectus magnitudine, & toti' corporis dispositione. Maximè tamen conuenit victus tenuis & frigidus ad vitãda symptomata: addẽda sanguinis missio quandoque, ac humorum purgatio etiam, ne accidentia oriantur: debito loco ac situ pars est continenda: eique cataplas. ex oui candido & aliis refrigerantibus admouendum: ac nonnunquã vino astringente fouenda.

Quinta intẽtio est in accidẽtiũ correctione: sunt autem ea sanguinis profluuium, dolor, tumor, paralysis, conuulsio, febris, syncope, delirium, pruritus.

Primum

Primum est sanguinis profluuium: in quo animaduertēdum num satis fluxerit: si enim non satis, permittendus est effluere. Nam post sufficientem effusionem remanet vulnus siccius, & ita curationi propinquius, nec tā facilè alia sequuntur accidentia, vt phlegmone & reliqua. Nisi satis fluxerit, vena est aperiēda, ad reuulsionem, pro affectūs magnitudine, ac virium natura, maximè cùm ob dolorem, vel aliam causam timemus inflammationem & febrim.

De sanguinis profluuio sistendo. Cap. II.

SAnguis si immoderatè fluxerit, sistendus. Primò reuulsione quæ fit fotu, frixionibus, ligaturis, cucurbitulis parti oppositę admotis: deniq; venę sectione exigua & rotī' subinde reperita.

Secundò vsu ciborum incrassantium & refrigerantium, ac medicamentorum assumptorum, vt vsu oryzæ, lētium, fructuum astringentium, acerborum, austerorum, vsu aquæ.

Tertiò topicis quæ sunt in quintuplici differentia.

Primùm est ligatura, digiti admotio, futura communis, vel pellionum: quæ conuenit, quando nihil ex substantia partis periit.

Secundum

Secundum eſt linimenta & elychnia, aceto, oui candido, vel aſtringente medicamento imbuta & expreſſa, cùm aliquid de ſubſtantia ablatum eſt.

Tertium eſt præciſio totius venæ vel arteriæ, ex qua ſanguis profluit, quando in profundo deliteſcit: vel illius ligatura infrà ſupráque cum nobis apparet.

Quartum eſt vſus medicamenti cauſtici, vel ferri candentis, maximè quando vaſa ſunt putredine corroſa.

Quintum eſt vſus medicamentorum, quæ vel ore ſumuntur, vel partibus applicantur.

Potiones ad ſanguinem ſiſtẽdum vndecunque fluat ſunt huiuſmodi.

R. lapid. hæmat. coral. rub. ſing. ʒ. s. trochiſ. de terra ſig. & de ſpodio, vel de ſuccino ſing. ℈. j. aquarum portul. & plãtag. ſing. ʒ. iij. vtatur in ij. doſibus. vel.

R. lapid. hæma. ʒ. j. boli arm. ſang. draco. ſin. ʒ. s. ſacch roſ. veter. ʒ. s. aquę plãt. ʒ. ij fiat potus. Topica quædam manifeſta, quædam recõdita facultate ſanguinem ſiſtunt. Quæ manifeſta qualitate ſunt aſtringentia, glutinãtia, refrigerantia & ſiccantia.

R. thuris & aloës ſing. partes æquales, excipiantur albumine oui & pilis leporinis.

leporinis. vel,

R. boli arm. ʒ. vj. terræ sigill. ʒ. ij. farinę volatilis ʒ. iij. gypsi, calcis viuę sin. ʒ. iiij. thuris, aloës sing. ʒ. j. fiat puluis, qui albumine oui excipiatur. vel,

R. lapid. hemat. ʒ. j. tur. mastich. boli armen. gallarum virid. ranarum exiccatarum, gypsi fuliginis, farinæ volatilis, telæ aranearum molendini sing. ʒ. ij. vitreoli combusti, calcis viuæ, tragag. sin. ʒ. iij. rasuræ terg. arietis vel hirci, chartę papyraceę, pilorũ leporis & bombacis torrefactorum sing. ʒ. j. stercoris asini ʒ. s. fiat puluis tenuissimus, qui seruetur vsui: nam sanguinis profluuiũ, pulueren eiusmodi sistere sæpe sum expertus. A proprietate prodest puluis buffonum in fictili cooperto combustorum: qui sacculo cõclusus debet vnæ ex qua sanguis profluit, applicari, longè à vulnere quatuor digitorũ. Quando medicamentis causticis voles vti: ea tantùm deliges, quę cum vi causticâ facultatem habent astringentem, vt eschara firmius hęreat: qualia sunt arsenicum, vitriolũ.

De simplici vulnere in carne.

Cap. III.

VVlnus simplex in carne, ac sine interitu substantię, si fuerit exiguũ, sola

sola ligatura curatur: si magnum, victus rationem tenuē ac frigidam instituēs: Si quid sit extranei tolles: vulneris profunditatē tentabis digito, aut penicillo immisso vulneri, labia distantia ita coniunges, vt ne pilus quidem inter ea intersit, quod glutinationem impediat: labia sic coniuncta sutura retinebis, glutinatorium medicamentum applicabis: partē ligabis: decenter collocabis: eiusque temperiem omnibus modis cōseruabis: denique symptomatum generationem impedies.

Glutinatoria sunt thus, mastiche, aloë, sarcocolla, bolus arm. terra sigil. sanguis drac. puluis sanguinis humani, balaust. malicorium, folia pini, nuces cupressi, gallę virides, plantag. cauda equina & similia.

Ad glutinandum optima.

R. aquę vitę quater destillatę ℔.j. tereb. abietis ℥.iij. myrrhę, thuris, mast. sin. ʒ.s. ęstate sub dio simul macerētur dies 30. & ea aqua calenti foue vulnus in primo apparatu: si autem vulnus in neruo vel punctura, eo fotu erit vtendum quotidie.

Postea,

R. ammon. in aceto dissol. ℥.ij. gummi elenij ℥.iiij. resinę pini ℥.v. tereb. abietis ℥.iij.

ʒ.iij.olei roſac.omphacini ʒ. ij. fiat emplaſtrum,quod poſt fotum admoueatur calidè. Sunt qui nullis aliis vtũtur præſidiis in vulnere ſimplici: alij puluerem aſtringentem excipiunt albumine oui & applicant.

Balſama arte confecta.

R.tereb.℔.j,cuphorb.& ſulph.ſing.ʒ.s.ſalis ʒ.j.olei ℔. j. coquantur ij. horas lento igni, colentur & eo oleo calenti vulnus tutiùs fouebis,quàm aqua ſuperiori:proderitq; non modò his,verumetiam vulneribꝰ ex morſu canis rabioſi & puncturis neruorum. vel.

R.tereb.℔.j.galb.ʒ.ij. gummi elenij ʒ.ij.gũmi hederæ ʒ.ij.thuris,maſt.myrrhæ ſing.ʒ.ij.aloës,xyloaloës, galangæ, caryoph.cinamomi, nucis moſc. cubebarum ſing.ʒ.j.aquæ vitę ʒ.iij.ſimul diẽ macerentur & noctem:poſtea bis diſtillentur & oleum illud ſtillatitium tãquã balſamum precioſum ſeruabis: vel ſequens etiam vulneribus contuſis optimum.

R.olei communis in quo fuerint frequenter extincti lateres recentes ℔. s. olei amygd amararum ʒ.ij.olei pap. albi ʒ.j.s.thuris maſt.ſing.ʒ.j. amm. galb. in aceto diſſolut.ſingul. drac. ij. reſinæ

ʒ.s.

ʒ.s.tereb.ʒ.ij.ęrug.rafilis ϑ.ij.cùm gummi diſſolueris, iniice in oleum thus & maſtichem,parúmque bulliant: poſtea reſinam,denique æruginem,tandem cola,& vſui ſerua,ac vulnus eo foue: atque emplaſtrum vim habens glutinatoriam ſuperpone:veluti primis diebus puluerem aſtrictorium cum ouorum albuminibus,

R.olei communis ℔.j.florum hyperici ℔.s.coniiciantur in oleũ,& aliquot dies ſub dio macerentur: poſtea flores exprimantur:& alij in idẽ oleũ iniiciantur:ſícq; fiat quater aut quinquies,deinde adde gũmi elenij ʒ.iij.iterũmq; aliquot dies ſub radiis ſolis maneat: ac poſtea eovtêris.Arbitror medicamentũ ſore præſtãtius ſi olei loco vtaris aquâ vitæ,quandoquidẽ oleum vulnerũ coitionem remoratur. Vel ſuccum ophyogloſſi radiis ſolaribus expones: eóque vulnera lauabis:iis enim ſuccus (aiunt) maximè glutinat.

Poſtęaquam ſemel ita vulneri remedia adhibueris:niſi dolor, vel phlegmone:vel aliud ſymptoma oriatur,ac te cogat:ante tertium vel quartum diem faſciam ac ligaturã non diſſolues:Quarto autem die videbis num vulnus coalue-

nit: quòd si non coaluerit, fouebis vino austero & astringenti atq; calenti: postea puluerem restrictorium & glutinatorium cum terebin. impones, vel emplastrum superius dictum post primam aquam. deinde,

R. tereb. ʒ. xij. resinæ pini ʒ. iij. gummi elenij ʒ. v. aristol. longæ, sang. drac. sing. ʒ. j ceræ parum, fiat emplastrum.

R. olei veteris ℔. j. ceræ nouæ ʒ. vj. litharg. ʒ. iij. ceruſę ʒ. ij. gal. ʒ. s. sang. drac. ʒ. iij. liquescat cera cum dicto oleo: deinde reliqua adiiciantur ex arte, fiátque emplastrum: quo vteris donec sit vulnus curatum.

De vulnere profundo sine substantiæ ablatione. Cap. IIII.

VVlnus quod in profundū penetrat, habétq; fundum reconditū, quemadmodum præcedens curari debet, tum in vniuersalibus, tum in particularibus, ac topicis remediis. Verùm si eo modo curari non possit: quod statim excremēta in fundum delabantur: quæ glutinationem impediant: ipsum per effluxum materiei glutinationē impedientis curabimus. Effluxionem autem materiei moliemur, tum ex situ & figura partis commoda, sic quidem vt vulneris orificium

cium deorsum spectet: in ipsumque pus vel sanies descendat: ac facilè repurgetur: tum etiam dissectione. Verum dissectio fiet, vel ab orificio ad fundū vsque: vel in fundo tātùm fiet apertio, vt materia effluat. Vtrum autem horum expediat, te docebit tum loci natura, tum vulneris magnitudo.

De vulnere cauo & cum substantiæ interitu. Cap. v.

VVlneris huius curatio expetit intētiones vniuersales, præsertim vi ictus rationē, rei extraneæ ablationē, tēperiei partis cōseruationē, & accidētiū prohibitionē, labia verò cùm vniri non possint ob substantiæ ablationē ea erit regeneranda: id verò fit naturæ beneficio: quæ ad eam rē calore natiuo, partiū temperie, ac facultatibus naturalibus, tanquā agentibus, causisq; efficiētibus, sanguine verò laudato tāquam materia vtitur. Sed interea iuuatur medicamentis, quæ carnis gignendæ tollunt impedimenta, nimirum excrementū tenue & crassum. Vnde medicamēta quæ id efficiunt: siccare & abstergere citra tamen acrimoniam & mordicationem oportet iuxta totius corporis & singularū partiū temperiē. Oportet enim tēperiem simi-

libus conſeruare: quod autem eſt cõtra naturam, contrariis propellere. Itaq; inter ea medicamenta, quæ imbecilliora ſunt, pueris ac mulieribus carnẽ mollẽ habentibus, cõpetunt: cuiuſmodi ſunt vinum rubrũ & auſterum, thus, cortex thuris, maſtiche, aloë, colophonia, pix, reſina, far. hordei & fœnug. Quæ violẽtiora ſunt corporibus, & partibus ſicciori-bus admouentur, vt ariſtol. iris, farina orobi & lupinorũ, panax. Alia ſunt adhuc valentiora, quæ partibus multo ſiccioribus proſunt, cùm in iis vlcus eſt profundum: vt centauriũ, polium, glutinum, limaces vſtæ, cadmia, calcitis, plũbum, antimonium, reliquáque metallica, quæ omnia vrenda atque lauanda ob acrimoniam. Myrrha verò carne oſſa veſtit. Ex quibus omnibus, aliiſq; multis fic fiunt ſarcotica. Puluerem myrrhæ & aloës in vino ſtyptico diſſoluito, ac vulnus abluito: vel, Puluerem ex æquis partibus olibani, aloës, ſarco. ſanguinis dr. & radicis ireos conficito: & eo vulnus conſpergito. Vel ex æquis partibus thuris, maſtich. & fœnug. vel ex æquis partibus thuris, maſtich. myrrhæ, ſarco. boli arme. ſanguinis drac. & far. hord. fiat puluis: cui ſi vis addere terebinthinæ, col

coloph. sebi hircini parteis æqualeis cũ exigua ceræ quantitate vnguẽtum conficies: Vel basilicon nostrum sequens conficito, eóque vtitor,

R. resinę quart. j. s. tereb. quar. j. mellis quart. s. thuris, mastich. myrrhę, sarc. aloës croci sing. ʒ. ij. olei ℔. s. cerę citrinæ vnc. v. fiat vnguentum. Vel sequens optimum,

R. agrimon. absynt. verbenę, centaurij, gallitrici, chelidon. scab. symph. maioris, semperuiui, cynogl. cauliũ rub. plã tag. minoris, fabæ inuersę (quæ telephiũ vel crassula minor dicitur) singu. m̃. j. ex quibus omnibus succus extrahatur: cui adde aceti ℔. s. olei ros. quart. iij. cerę albæ ʒ. iiij. axung. veruecis ℔. s. resinæ ʒ. x. coquantur simul lento igni: postea iniice ammoniaci & galb. in aceto dissol. singu. ʒ. s. deinde tereb. ℔. s. mel. quart. j. tandem thuris & mastic. singul. ʒ j. si vis adde resinæ crudę ʒ. iij. & fiat vnguentũ ex arte. Si loco olei rosa. capias oleum lumbricorum: vel potiùs in oleo ros. lumbricos coxeris, efficies vnguentum neruis optimum. Huic quoque negotio prodest emplastrum superiori cap. post primam aquam descriptum: & ceratum ex oleo antiquo etiam illic notatum.

Iniectiones verò quæ huic vulneri ad carnem regenerandam profunt, capite de vlcere profundo sunt videndæ.

De vulnere æquali seu repleto. Cap. VI.

QVando caro quæ ablata fuerat regenerata est: tantùm superest vt ci catrix inducatur: quod etiam ex Galeni sententia est opus naturæ. Ego verò putarim id fieri potiùs medicamentis: quę nõ modò superfluam, sed naturalẽ quoque humiditatem absumunt: quod natura minimè faceret.

Ad cicatricem inducendam.

Horum autem medicamentorũ duo sunt genera: alterum quod per se id efficit, valenter exiccando & astringendo: alterum quod per accidens & ex præparatione, vt acria vsta & lota & cineres eorum quæ modicè & astringunt & siccant. Primi generis sunt balaust. cortex malorum granat. galla omphacitis, sumac, spina ægyptia, bolus arm. terra omnis abluta, cimolia, ceruſa, plumbũ vstũ & lotum, lithar. cortex pini, ostrea vsta, alterius generis sunt æs vstum & lotum, squamma æris, alumen & vitriolum vsta & lota, centaurium, spongia bedegaris, plantago, arist. vsta, cortex vlmi & quercus, soleæ calceorum. Balaustia & sumac

in

in vino auſtero coquito: & vulnus foueto: vel aqua aluminoſa lauato: cuius deſcriptionē vide cap. de vlcere virulento.

R. corticis pini ʒ. j. nucum cupreſſi, centaurij minoris, ariſtol. vſtæ ſing. ʒ. ij. ceruſæ, litharg. ſingu. ʒ. s. fiat puluis quo vulnus reſpergatur. Si adſit calida intemperies: Auicenna addit roſas, ſantal. plantag. minorem & alia infrigidantia, túncque prodeſt vulneribus ani & ſcroti ſi addas nonnihil aloës, aut fiat vnguentum album veluti lithar. nutritum ſub ſequenti forma,

R. litharg. ʒ. s. ceruſæ ʒ. j. olei roſa. & aquæ roſa. ſenſim & vicißim affuſorum quantum ſuff. fiat linimentum. Si acetum addideris, prodiderit ſcabiei. Si thus & maſtichen, erit valentius. Aliud vnguentum rubrum quod ſic conficio,

R. ceruſæ ʒ. iij. litharg. ʒ. ij. minij ʒ. j. caph. ʒ. ij. olei roſ. ℔. j. s. aquæ roſa. ʒ. ij. albumina ouorum iij. ceræ albæ quantum ſuff. fiat vnguentum. Prodeſt etiam vnguentum ex calce nouies lota ſub canicula & cum oleo roſaceo mixta: quod etiam valenter ſiccat vlcera neruorum & ambuſtiones, emplaſtrum quoque de ceruſa hac in re laudatur: quod ſic conficere ſoleo,

R. ceruſæ ℥.iiij. lit harg. ℥.j, terebinth. quart. iij. thuris, maſtich. aluminis, cochlearum limacum vſtarum ſingul. ℥. s. caph. ℥. j. coquantur ceruſa, litharg. oleum & cera lento igni, ſub finem decoctionis adde terebinth. cúmque ab igni detraxeris initce pulueres. Vnguentum etiam nutritum ex litharg. oleo & aceto iuuat: cui addere poſſumus æs vſtum, alumen, antimonium & plumbum vſta, & balauſt. ſanguinem draco. & ſimilia: tũncque proderit vlceribus, quæ ad cicatricem difficilè ducuntur: præterea vulnus aqua aluminoſa lauabitur: poſtea appones plumbi laminam, quæ mercurio fuerit diligenter confricata: quod etiam laudatur in vlceribus cancroſis. Aliud emplaſtrum de antimonio, quod ſine mordicatione ſiccat.

R. antimonij, æris ac plumbi vſtorum & lotorum, litharg. & ceruſæ etiam lotorum, corticis thuris, ſarco. tuthiæ præparatæ, aluminis crudi ſingul. ℥. j. balauſt. pug. j. caph. drach. ij. ceræ albæ ℔. s. olei roſa. quart. j, liquefiat cera cum oleo: deinde reliqua ordine iniiciantur, oleo ab igni ſubducto & fiat emplaſtrũ: aut addita olei maiori quantitate fiat vnguentum. Aliud emplaſtrum optimũ,

R.

R. litharg. ceruſæ ſing. ʒ. vj. plumbi vſti, lapidis calam. terræ ſigil. ſingu. ʒ. iiij. coloph. picis naual. reſinæ ſingu. ʒ. ij. reſinæ crudæ (gariopot vocant) ſarcocol. adani, ireos ſingu. ʒ. j. s. caph. ʒ. s. ſeminis porri ʒ. ij. olei roſacei ℔. j. s. ceræ albæ. vnc. iiij. coquantur vt artis eſt: fiátque emplaſtrum.

Vbi vulnus purgatum impletúmque eſt, carni optimè cicatrix inducitur & exiccatur puluere bdegaris trito & aſperſo.

De cicatricibus poſt vulnera curata reparandis.

Deformes atque indecoræ cicatrices, adhuc quidem teneræ ac recentes emendantur, adiuncto diachyl. aut lithargyro nutrito, aut vtriuſque bryoniæ radices coctæ dum ſuccum reddunt, cicatricibus emendandis admoueantur: aut calamintha in oleo cocta: aut argenti ſpuma roſ. albo lota. Durioresverò ac craſſiores reparantur oleo balſamitæ appoſito: Vel radice cucu. agreſt. trita & appoſita: Vtilis eſt etiam pinguedo aſini cum argenti ſpuma: aut oleum de lilio: aut oleum de myrrha: cuius efficiendi ratio hæc eſt: oua ſex coctione indurata capito: ac ſingula in duas parteis diuidi-

to: eáque, educto vitello, myrrha impleto: & in pelui cooperta disco, in cella vinaria seruato: & liquorem qui inde effluet ad vsum custodito: is enim oleum de myrrha appellatur. Aut omnia gummi genera aqua rosmacerato: eáq; destillato: Nam oleum inde effluens ad hanc rem est efficacissimum. Aut,

R. myrrhæ, aloës, styracis vtriusque sing. ʒ.j. mummiæ & baccarum lauri sing. ʒ s. mediocriter tritis & in alembico vitreo lento igni destillato: eóque liquore vtitor. Ad dealbandas cicatrices sequentia conferunt,

R. olei de tartaro ʒ.iij. muccag. seminis psyllij ʒ.s. ceruſæ in oleo rosaceo dissol. ʒ.j. boracis, aut salis gemmæ ʒ.ij. fiat linimentum. vel,

R. axung suillæ ʒ.iij. litharg. ʒ.j. æruginis rasilis, vitreoli combusti sing. ʒ.ij. fiat emplastrum.

De medicamentis hyperfarcosin absumentibus dicemus, cùm de vlceribus nobis erit agendum. Id tamen paucis notabis: siue vulnus cicatricem induxerit, siue non, medicamentis erodentibus, vel nouacula, vel cauterio caro ad æqualitatem est reducenda: deinde cicatrix inducenda.

De

De vulnere contuſo. Cap. VII.

VVlneris huiuſmodi curatio primò victum conuenientem hoc eſt tenuem & frigidiuſculum expetit.

Secundò reuulſiones ad defluxionem & inflammationem prohibendam (fient autem venæ ſectione, ſi videbitur, aut cucurbitulis, friſtionibus, ac ligaturis partium oppoſitarum) ac purgationes requirit pro humorū natura, ſicut in curatione tumorū præter naturā dictū eſt.

Tertiò ad topica tranſeundum: quorum alia glutinationem impedient, ac dolorem lenient, carnémque contuſam putrefacient: alia humores in locū affectum defluentes propellent.

Proderit itaque loco dolenti oleū aliquod anodynum, cuiuſmodi eſt oleum anethinū, vel liliorum, vel chamæm. vel quod digeſtiuum appellant, ex oleo roſ. & vitello oui linamētis exceptum & admotum: deinde albumen oui vel ouum integrum cum puluere myrtillorū emplaſtri modo applicatum: hoc quidem poſtremum ad repellendum, illa verò ſuperiora ad ſuppurandum & lenien-dū: oportet enim hoc in affectu in principio pus mouere. Nam ex Hippocra. ſentētia, caro quæ colliſa eſt, neceſſe eſt

vt

vt putrescat & in saniem conuertatur: nouáq; postea generetur. Vulneris ambitum liniemus oleis, ros. & myrti, cũ puluere baccarum & foliorum myrti: Vel vnguento ex bolo arme. oleo & aceto, etiam ad repellendum & defluxionem prohibendam. In secundo apparatu eodem vrendum est digestiuo, vel altero ex tetebinthina confecto, quo imbuentur linamenta: deinde cataplasma sequens superponendum ad dolorem leniendum: qui sæpe accidit propter continuitatis in multis partibus dissolutionem & intemperiem.

R. rad. altheæ ℔. s. mal. & viol. sin. m. j. coquantur, terantur, setaceo percolentur: deinde adde butyri & olei communis sin. ʒ. iij. vitellos iij. croci modicum, far. tritici & hord. quantum sufficit ad cataplasmatis consistentiam. Quando caro contusa iam erit in pus conuersa, detergendum est melle ros. mundif. de apio & aliis, caróque regeneranda, ac sarcoticis vtendum.

Si caro contusa sit adeò dilacerata, vt sutura necessaria videatur, vtendum erit sutura laxa quæ vulneris labia tantùm retineat. Verùm si caro contusa facilè in pus reduci nõ possit, videatúrq; in gan

gangrænam degenerare, vnguentũ ægyptiacum admouebis & alia dicta capite de gangræna.

De Ecchymosi hoc est sanguinis sub cute effusione & casu. Cap. VIII.

CVm integra cute remanẽte, partes subiectæ sunt contusæ, ac sanguis effusus sub cute, quatuor modis eiusmodi affectũ curabimus. Primò victus ratione tenui, frigida & sicca atque sanguinis putredinẽ prohibente. Si magnus affectus, primo die nihil omnino comedat, si fieri posse commodè videatur: sequentibus verò diebus tenuissimè ac parcissimè viuat: donec iam abierit febris & inflãmationis periculum. Secundò sanguis mittendus ex iecoraria dextri brachij, vel parte opposita, si sit particularis contusio. Pro virium & morbi magnitudine, vtque necessarium videbitur, aut ad euacuationem aut ad reuulsionem: aluus quoque laxanda vsu cassiæ, rhab. cathol. vtendúmque syrupis sanguinis putredinẽ & coagulationem impedientibus, vt syrupo acetosæ, de limon. de acetositate citri. Tertio accedendũ ad medicamenta sudorem mouentia, sanguinem dissoluentia, atque interna roborantia. vt

R.rhabarb.puluerisati ʒ.j.mūmiæ ʒ.s. aquæ rubiæ maioris ʒ.ij.syrupi de rosis siccis ʒ.s.fiat potus qui statim detur:cui potes addere rubiam trochiscatam.Vel,

R.rhab.torrefacti,terræ sigillatę,boli arm.mummiæ, seminis nasturtij torrefacti sing.ʒ.j.rediganturin puluerem,de quo capiat dr.j.singulis matutinis, cum aqua plantag.& virgæ,vel burſæ pastoris. aut,

R.terræ sigil.rubiæ tinctoriæ, mummiæ,symp.sin ȝ.j.rhab.puluerisati tantundem,misce & vtatur cum aquis præcedentibus. Quatuor aut quinque diebus exactis detur puluis sequens,

R.rhab.torrefacti,costi,radicis rubiæ maioris,centaurij,aristol.ror.sin.ʒ.s.fiat puluis,cuius detur quotidie manè dra.j. cum syrupo acetosæ nouem dies:vel detur cum aqua anagal.vel symphyti maioris: aqua etiam nucum sanguinē dissoluit. Quæ sudores quoque mouent, conferunt:quemadmodum sequens,

R.decoctionis radic.arī, osmūdæ regal.caudæ equinæ terrestris, in vino & melle factę ʒ.v.dētur potui & sudet:Valet etiā potio capite de peste præscripta ad sudores: Conferunt denique balneæ quarto quoque die ex decoctione con-

sol

ſolidæ vtriuſque, anagal. oſmūda regal. ebuli, arthe. abſynth. chamæm. & roſarū, ac pulueris qui ſub fœno reperitur.

Quartò veniendum ad topica. Initiò quidem aſtringentia ſunt diſcutiētibus permiſcēda, propterea quòd tunicæ venarum contuſæ condenſari, ac cōſtringi debent tū aſſumptis, tū admotis. At poſt principium ſolis digerentibus vtēdum. Statim itaque inuoluatur pelle arietina recenter detracta, quæ reſpergatur ſale tenuiſſimè trito & puluere naſturtij (quod etiā verberatis optimū eſt remedium) ego verò reſpergo puluere myrtino: efficiēdúmq; vt in ea ſudet. Si deerit pellis, ſtatim liniēdus eſt æger oleis roſ. & myrt. ac lumbricorum: quæ ſimul miſceantur cū puluere roſ. vel myrtino.

Secunda die detracta pelle, vngendus eſt ſequenti vnguento: quod dolorem lenit & ſanguinem reſoluit.

R. bol. arm. reſinæ, thuris, fœnug. dragag. ſing. ʒ. s. croci ʒ. j. pulueris roſ. myrt. ſumac. ſing. ʒ. iij. vnguēti dialth. olei roſ. myrt. chamæm. anethi ſing. ʒ. ij. ceræ nouæ, terebinth. ſingu. ʒ. j. fiat vnguentum, quo vngatur, & poſt vnctionē ſudet. In concuſſionibus verò particularibus ſic fiat in primo apparatu,

R.olei roſ.ʒ.ij.ouum vnum, pulueris myrt.ʒ.s. fiat linimentum, quo calenti locus vngatur:alij liniunt tantùm oleo roſa.& aſpergunt puluerem myrti aut gallarum,aut corticis granatorum. Die tertio foueatur locus vino decoctionis chamæm. abſynthij & ſeminis cumini: Vel vino in quo mel,cuminum & ſal cocta ſint:Vel vino in quo malua, abſynt. cuminum,ſtæchas.furfur & mel concoxerint: Vel farinam hord.& fœnugræci ac chamæm.cũ ſandaracha vera & croco in formam cataplaſmatis miſcebis: Vel ſequens cataplaſma à me frequenter expertum applicabis,

R.ſymphyti vtriuſque ſing.ℏb.s.florũ chamæm.& melil.ſing.pug.ij. croci ʒ.s. farinæ fab.ʒ. iiij.farinæ fœnug.ʒ.v. butyri recẽtis ʒ.j.fiat decoctio mediocris, cui ſi addas ſucci abſynth. & ſucci cumini ſing.ʒ.j. magis reſoluet atq; exiccabit & ex ea mixtione cataplaſma conficies. Conferent quoque cucurb. affixæ cum ſcarificatu,vt aliquid ſanguinis effluat.

Verum ſi medicamentis fieri nõ poſſit reſolutio : ſed humor in pus conuertatur : iuuetur ſuppuratio & vomica aperiatur:poſtea vlcus detergeatur:quẽ admod

admodum dictum est de phlegmone. Si humor fuerit resolutus : tantùm superest vt membrum roboretur emplastro oxycroceo aut chæroneo, aut apostolico chirurgico, & intemperies, si qua relicta sit, corrigatur.

Quando iam locus liuidus ac emortuus ex sanguine concreto videtur : foueatur aceto calido, aut decocto radicis raphani, serpentariæ & ari, quod fiat in vino, vel aqua si adsit calor & applicetur emplastrum diachylon ireatum : vel cera cum cumino. Vel,

R. fol. abrotoni sicci, seminis cumini & florum chamæm. sing. ʒ. j. & cum succo ari & melle fiat catapl. arte.

R. olei ʒ. iij. ceræ ʒ. j. succi maioranæ ʒ. j. liquefiant simul, postea adde arsenici citrini tenuissimè trit. dr. j. fiat vnguentum, aut : Crocus in aqua calenti macereturr : postea dissolue farinam hord. & fab. ad crassitiem, addendo arsenici citrini modicum. In musculorum contusionibus etiam initiò prodest catapl. ex maluis, violis, absynth. rosis, flor. rorism. simul coctis addendo postea farinam fab. & hord. & oleum ros. chamæm. anethi, myrti. Possunt addi exactis diebus aliquot, radix altheæ, parietaria, si-

gillum ſalomonis, ſquinanthũ, ſtæchas, crocus & ſimilia.

In contorſionibus, vel diſtentionibus articulorum & partium neruoſarũ. Primum pars manibus reſtituenda, deinde linteum frigidæ immerſum, loco eſt admouendum: confirmat enim aucto calore naturali: Vel vtendum ſequenti catapl. quod lenit dolorem, humorem reſoluit, ac partem confirmat.

R. gallarum, nucũ cupreſſi & balauſt. ſingul. ʒ s. cicerculæ ʒ. ij. ſquinanthi ʒ. j. croci modicum, mellis ʒ. iij. olei roſ. ʒ. s. albumina ouorum ij. vini quantum ſuff. miſce. fiat catapl. quod calens applicetur. Si iis malum non cedat: curetur vt dictum eſt antea de ecchymoſi. Si luxatio adſit, de ea poſtea dicetur.

De vulnere vel morſu animalium.

Cap. IX.

Primus huius vulneris curandi ſcopus eſt in victus inſtitutione: Hic vero victus quem capite de carbunculo præſcripſimus, conuenit.

Venæ ſectio in hoc affectu locum non habet: ne virus quod ex morſu relictum eſt, in parteis internas attrahatur: medicamenta quoque laxantia eadẽ de cauſa in principio non ſunt propinãda: exactis tamen

tamen aliquot diebus, ſic parari poterunt humores atque purgari.

R. ſucci fumariæ ℔. iij. ſucci lupuli ℔.j. ſucci vel aquæ prunorum damaſcenorũ ℔.s. quibus depuratis adde ſacch. ℔. ij. aceti ʒ.iiij. coquantur perfectè in formam ſyrupi: quo vtetur quinque aut ſex diebus cum aquis bugl. & ſcabioſæ: Poſtea purgabitur caſſia, cathol. & confectione hamec diſſolutis in aquis dictis: erítque repetenda purgatio.

Secundus ſcopus conſiſtit in euacuatione illius liquoris virulenti: qui ex morſu vel ictu remanſit in vulnere. Proinde nõ erit repellentibus opus nec glutinantibus, ſed ſtatim attrahentibus, ne virus intus feratur & ad partes principes repat: cũmque morſus vel ictus ſit venenatus, vt à cane rabioſo attrahentia valentiora deſiderantur, ſi verò non ſit venenatus, mitiora.

Itaque mox ligato vinctóque membro (non quidẽ arctiſſimè ne torpeat & obſtupefiat) in parte ſuperiori, aut cincto emplaſtro ex galbano, ne virus ſurſum ad cor feratur: vulneri ſunt admouenda attrahentia. Primo quidem proderunt cucurbitulæ cum multo igni & ſcarificationibus profundioribus pro affe-

ctus magnitudine: Aut ſi lenior affectus applicabis vulneri podicem vel anum alicuius animalis vt gallinæ, pulli gallinacei, aut porcelli, aut agni, aut gallinã vel columbam, vel catellum in duas partes diuides & calentẽ ac reſperſum puluere medicamentorum attrahentiũ admouebis addito ſale.

Poſtea ad attrahendũ etiam conferẽt allia, cepe, ſinapi, flammula, ſcabioſa, pulegium, calamentum, gentiana, polium, chamædrys, ſcordium, dictamnum, ariſtol. bryon, aſphod. euphor. galb. ſtercus caprinum, fermentum & ſimilia. Alij vulnus linunt ſanguine cerui & leporis: Alij apponũt hepar animalis quod momorderit: Alij cinerem ſarmentorum & ficus cum aceto: alij theriacam cum gentiana, dictãno, ſcabioſa, terebint. & butyro: Alij cepe tritum cum ſale: Alij emplaſtrum ex nucibus & aliis coctis & tritis ac cũ fermento, melle & ſale mixtis: Alij emplaſtrũ ex alliis & cepe mixtis cum theriaca: iiſque vtuntur quinque aut ſex dies, quibus elapſis emplaſtrum parare poterimus ex caprarũ ſtercore, baccis lauri, gentiana, dictamno, galbano, euphor. in puluerem redactis, & cum vino mixtis, vel cum oleo laurino

rino & cera. aut,

R.galb.ſagap.opop.aſſæ fœtidæ, myrrhæ,pip.ſulp.ſing.ʒ.s.ſtercoris columb. & anatis ſing.ʒ.ij.calamintæ, mentaſtri ſingu.vnc.s.diſſoluantur gummi vino & addito melle & oleo antiquo, fiat emplaſtrum. vel,

R.pulueris ariſtol.longæ ʒ.ij.aſphodel.bryon,ſingul.ʒ.j.aſſæ fœtidæ, galb. myrrhæ ſing.ʒ.s.& cū oleis laurini,ſambucini & cera fiat emplaſtrū : cuius erit vſus donec ſatis virus effluxiſſe videbitur.ſunt qui emplaſtra pelli ceruinæ admoueant : quam recondita quadam facultate prodeſſe aiūt. Nonnulli poſt cucurbitularum vſum,admouent medicamentum cauſticum : alij ferrum candēs loco attrahentium,quod illud & calore attrahat & abſumat virus.

Tertius ſcopus ad cordis confirmationem pertinet:& virus alterationem, ne partibus principibus noceat:id verò fiet medicamentis aſſumptis. Propterea dū vulneri applicantur attrahentia proderit theriaca,tertio quoque die à drac. j.s.ad drac.ij.cum ʒ.iiij.vini optimi aſſumpta. vel,

R.theriacæ ʒ.ij.galb.aſſæ fœtidæ ſin. ʒ.s.lapidis magnetis (quem plurimi hac

in re maximè probant) dra. j. s. miſce &
cum vino cydoniorũ, vel cum aqua ſca-
bioſæ vtatur in tribus doſibus : vel pul-
ueris cancrorum fluuiatiliũ partem vnã
capito & gentianæ ſub canicula colle-
ctæ partem mediã, ac cum aqua pimpi
nellæ aliquot dies propinato. Poteſt etiã
parari decoctũ ex gentiana, chamædry,
ſcordio, polio, anetho, cãcris fluuiatili-
bus & addito ſaccharo ad ſaporis iucun
ditatem exhiberi: magnes etiam ad ʒ. ij.
datur cum vino, aſſa fœtida ſimiliter:
nigella etiã ad ℈. iiij. ſumpta & naribus
ſæpe admota: denique potiones cardia-
cæ & epithemata, de quibus capite de
carbunculo egimus, plurimùm proſunt.
Tamen ſi ſit ictus vel morſus ſerpentis,
laudatur ſuccus foliorum fraxini ad ʒ.
iij. vel iiij. die ſecundo vel tertio à mor-
ſu aſſumptus ieiuno ventriculo, ſi co-
gnouerimus cor veneno nondum eſſe
infectũ : idémque potus in quatuor aut
quinque dies repetendus. Qui hydro-
phobia laborant, ſunt in aquam ex im-
prouiſo coniiciendi : nullum enim præ-
ſtantius remedium.

In morſibus minimè venenatis initiò
admouendũ oleum ſambucinũ feruens:
Altero die ouum cum butyro, croco &
oleo

oleo viol. ad dolorem leniẽdum: vel coquantur rad. altheæ, mal. violaria, absynth. flores chamæm. melil. roſæ & furfur, poſtea miſceantur vitelli ouorum, crocum, oleum roſ. & chamæm. vt fiat cataplaſma quo vtendum vij. diebus.

Poſt vſum huiuſmodi medicamentorum, in vulneribus venenatis & non venenatis, vtẽdum erit ſuppurantibus ob contuſionem, vnde proderit baſilicos noſtrum, quod recipit ſebi veruecis ℔. iij. reſinæ ℔ ij. reſinæ crudæ (garyopot vocant) ʒ. iiij. picis nauallis ℔. j. tereb. mel. ſing. ℔. s. olei communis ℔. ij. ceræ ℔. s. liquefactis iis quæ liquari debent, adde reſinam crudam in puluerem redactam & fiat vnguentum. Iuuat etiam vnguentum fuſcum cũ galbano. Poſt ſuppurationem locum debent habere detergentia & ſarcotica.

De nerui punctura. Cap. x.

NErui puncti curationem duobus ſcopis aſſequi conabimur.

Primò phlegmones generationẽ prohibebimus: ad id autem agẽdum ægrotus victu vtetur tenuiſſimo & cibis frigidis ac ſiccis: aër tamen ſit repidus: nã frigidus neruis maximè aduerſatur: calidus autem phlegmonem accerſit,

lectus sit mollis: pars molliſſimè ac cõmodiſſimè collocetur, corpúſque quieſcat. Vena ſecetur etiam ſi plenitudo nõ adſit. aluus liberè fluat, tum clyſterum, tum medicamentorum laxantium vſu, pro natura humorũ in corpore exiſtentium, vt de tumoribus dictum eſt.

Secũdò ad topica accedemus: in quibus obſeruandum, nec vulneris labia vnienda, nec vnita ſic retinenda, ſed potiùs vulnus apertũ maneat: quòd ſi ſatis non hiat, aperiatur, vt ſanies effluat: ſi quid alieni infixũ eſt, detrahatur: deinde dolor leniatur: id verò cõmodè fiet aliquo medicamento: quòd ſi ſubſtãtia tenue, modicè calfaciat & citra dolorem ſiccet: cuius generis eſt oleum ſabinum, vel aliud perinde tenue, quale eſt oleũ ſambucinum vel irinum, vel ſicyonium: aut euphorb. ʒ. j. cum olei ʒ. ij. coquito, & poſt colaturam locum eiuſmodi oleo linito: non enim mordicat euphorbium cùm eſt oleo diſſolutũ: aut loco euphorbij capito tantundem ſulphuris cum ol. Prodeſt etiam oleũ de vulnere ſimpl. inter glutinantia præſcriptum, in cuius compoſitione ſunt euphorbium & ſulphur. Alij reſinam & terebinthinam eodem modo admouent per ſe in iis qui

ſunt

sunt molli carne & cum euphorb. in iis qui sunt carne dura. Oleum etiã de terebint. calidum ac feruens loco admoueatur: quòd sæpe sum expertus dolorẽ lenire & saniem absumere. Valet etiam in principio emplastrum Auic. ex farina hord. fab. orobi æquis partib⁹ simul coctis cum syrupo acetoso & lixiuio: præstabit tamen loco farinæ orobi, farinam lentiũ admouere & cũ sapa cõcoquere. Iuuat quoque plurimùm aqua ad glutinandum præscripta & emplastrum eodem modo applicata, aut ol. rutac. partes v. tereb. partem vnam & dimidiam admoue: vel oleum in quo sal coxerit cum terebint. applicetur. Mirabile quoque æstimatur sequens,

R. musci quercini m̃. ij. furfuris m̃. j. olibani ʒ. j. bulliant in vino & tantillo aceti donec in formam pultis reducantur, quæ loco apponatur. Si acetum non addideris, proderit neruis denudatis, quibus nihil molliens, aut putrefaciens expedit admouere, ne eorum vis dissoluatur.

In dolore vehementi commodè oleo de vitellis onorum vti poteris: vel terebinthina ol. ros. mixta, vel litu ex ol. in quo lũbrici coxerint, vel ex iisdem tritis

cataplasma efficies efficacissimum: vel cataplasm. ex mica panis, lacte bubulo imbuta, cum oleo ros. chamæm. vitellis ouorum & croci exigua parte, vel radicem alth. farinam hord. fab. & lentium cum sapa vel lixiuio coques cum oleo ros. chamæm. & anethi & cum tereb. & croco subiges & applicabis. Quod si nullis remediis vincatur dolor, erit stupefaciētib⁹ vtendū, vt pane cū decocto pap. albi & si opus est cum opio. vel,

R. farinæ tritici ʒ. ij. succi foliorum hyocy. ʒ. iij. fiat puls quæ calens applicetur. Porrò si ex nerui læsione conuulsionis periculum immineret, vel iā adesset conuulsio: protinus caput, collum, totam dorsi spinam & humerum atque axillam si vulnus est in manu, vel pubē & inguina si vulnus est in pede, vel tibia vel crure, oleo liliorum calenti, vel laurino, vel costino, vel spicato, vel oleo ex pulegio, vel oleo communi, cui nōnihil castorei vel euphorb. addideris, diligenter lines, ac fouebis. Inflammatio verò si suborta sit, Guido admouet emplastri formam ex far. orobi, fab. & hord. cum lixiuio & syrupo acetoso coctis, aut cū sapa & modico aceti: aut fiat catapl. ex lumbricorum ʒ. ij. porrorum tritorum

ʒ.

ʒ.j.& olei ſufficienti quantitate: quod calens admoueatur. Poſt puris generationem ad detergendum vtere ſequẽti.

R.farinæ hord.& fab.ſing.ʒ.s. farinæ lupinorum.& orobi ſingul.ʒ.ij. puluerislumbricorum ʒ.j. vini decoctionis caudæ equinę & praſſij ac matricarię quantũ ſufficit, coquantur: deinde adde mel. roſ.ʒ.ij.ſarcoc. ſagap. in prædicto vino diſſol.ſing.ʒ.j.fiat vnguentum.

Interdum etiam tanta ex huiuſmodi puncturis & neruorum vulneribus oritur putrefactio, vt cauſticũ medicamentum cuiuſmodi eſt ægypt.aut ferrũ candens admouere cogamur.

De neruo cæſim vulnerato.
Cap. II.

NEruus quando trãſuerſim eſt omnino præciſus, præmiſſis vniuerſalibus, quæ ad curã di methodũ pertinẽt imprimis vnà cum carne ſi fieri poſſit eſt ſutura reuniendus: quanquam nonnulli reclamant, decliuiori loco turunda eſt immittenda: deinde puluis reſtrictorius ad ſanguinem ſiſtendum, ſi opus ſit cum puluere ſequenti: miſcebuntur verò æquis partibus, vel admouendum aliquod anodynum, aut glutinatorium cum

cum lana ſuccida oleo calenti imbuta. Cùm ſecundo reuolues faſcias & in ſecũdo apparatu, iniice in neruum cęſum ſi fieri poſſit puluerem ſequentem: qui fit ex lũbricis terreſtribus prius in partes diſſectis (vt terra repurgetur) ac poſtea exiccatis & in puluerẽ redactis, cui addes puluer. gran. tinctor. vel,

R. lumbric. vt dictum eſt præparatorũ ʒ. iij. caudæ equinæ ʒ. ij. puluꝛis betonicæ & vrticæ ſing. ʒ. j. olibani ʒ. iij. carnium limacũ quantũ ſufficit ad vniendum: eóq; vtere quatuor dies & ſuperpone aliquod glutinatorium, quale eſt vnguentum ſequens de vermibus terreſtribus ex Guidone & aliis,

R. centaurij minoris, plantag. minoris (lanceolatam appellãt) cynogl. pilloſellæ, ſyniphyti vtriuſque, caudæ equinę & millefolij ſing. m. j. vermiũ terreſtrium ℔. ſemis. olei & vini optimi ſingulorum ℔. j. s. aceti ʒ. iiij. teratur & vij. dies macerentur ſimul, deinde adde ſebi arietis ℔. j. picis naualis & reſinæ ſingul. quart. j. coquantur ad vini & aceti conſumptionem, colaturæ adde ammon. galb. opop. in aceto diſſolutorum ſin. ʒ. v. tereb. ʒ. j. s. thur. maſt. farc. ſingul. ʒ. iij. croci ʒ. ij. agitentur, ac moueantur tum tudicula,

tudicula, tum piſtillo in mortario: poteris ceram addere ad conſiſtentiam. Ante huius vnguenti vſum poterit vulnus aſpergi puluere lumbricorum & granorum tinctoriorum, vel puluere cētaurij, vel caudę equinę. Et ſi verò vulnus conſui non poſſit, iſtis nihilominus medicamentis vtemur, eáque vulneri applicabimus. At ſi neruus trāſuerſum quidē ſit vulneratus, non tamen omnino diſſectus, maior cōuulſionis metus impendet: quare huic præſidiis prius commemoratis quàm citiſſimè occurrendum: victus tenuior quàm in precedenti vulnere inſtituendus, largior ſanguinis copia educenda: in quiete & ſtrato ſeu lecto molliſſimo æger continendus: plurimóque oleo affatim & aſſiduè caput, collum, ſpina dorſi, axillæ, vel inguina ſi in pede, vel tibia, vel crure, neruus vulneratus, ſunt perfundenda.

Conuulſio ſi iam ſuperuenerit, nullóque medicamentorum vſu remittatur: totus neruus tranſuerſum eſt diſſecandus. Aliqui ferro candenti abſcindunt, deinde oleum ſambucinum feruens admouent, quod alij improbant. Nos verò vtimur oleo de tereb. vel noſtro tertia forma inter glutinantia medicamenta

dicamenta præscripto. Vbi verò neruus est denudatus curationis cõsilium huc tibi est referendum, vt nulla cum mordicatione & acrimonia ficces. Nullum ergo medicamentum acre quale est euphorbium & reliqua similia applicabis: sed suppositis diæta & purgatione conuenientibus, si nec dolor, nec intemperies, nec aliud accidens molestia afficit: loco vulneraro sequens linimentum applicabimus.

R. tuthiæ præparatæ ʒ. j. ol. ros. quantum sufficit, fiat linimentum: huic confert calx diligenter lota sub canicula & oleo ros. mixta. Valet quoque oleũ ros. cum resina, & resina cum terebinth. sed vtrunque diligẽter lotum: in humidiore magis confert terebinth. in ficciori corpore magis resina. si maiorem requiris siccitatem, supradictis adiicies aliquid euphorbij: poteris quoque aut ea in formam vnguenti redigere: aut puluerem tuthiæ & calcis lotæ superaspergere. Vulnus verò si abluẽdum videtur, id commodè fiet passo. nonnulli etiam mel cum oleo miscent & applicant.

De neruis contusione. Cap. XII.

NEruo cõtuso si cutis simul cõtundatur & vulneretur, initiò practici rosaceum

roſaceum cũ oui candido admouent & mitigato dolore, vino tepenti fouent partem affectam. Verùm ſi neruus quidem ſit contuſus, cutis verò nihil (quod ſenſui appareat) læſionis acceperit: oleo calenti, quódq; diſcutiendi vim habeat, fouebis: qualia ſunt chamæm. anethinũ. ſamb. irinum, rutac. & lanam oleo imbutam admouebis. Si vnà cum contuſione, dolor quoque infeſtet, in vtraque diſpoſitione cum oleis dictis, vel aliquo eorum miſceatur pix liquida, ſimúlque aliquantulum bulliant, atque applicentur. Vel ſequens emplaſtrum quod dolorem vehementem ſedare dicitur.

R. far. orobi vel fab. ʒ. iij. rad. lilij cœleſtis ʒ. j. ſ. mel. ʒ. iiij. picis nauallis, picis liquidæ ſingul. ʒ. ſ. aceti ʒ. ij. vini rubri, quantum ſufficit, fiat emplaſtrum. vel,

R. corticis radicis altheæ mundati ʒ. iij. radicis lilij ʒ. j. foliorum maioranæ, agni caſti ſing. ʒ. ij. coquantur, terantur: deinde adde bdellij vino & aceto diſſoluti ʒ. ſ. ſtyracis liquidæ ʒ. iij. miſce & fiat vnguentum.

Quando eſt contuſio ſine vulnere, cõmodè applicatur ſapo mollis: cui optimũ erit miſcere aliquod aromaticum, vel aliud quod à proprietate conferat: qualis

qualis est radix centaurij minoris, arũ, farina fabarum.

De ossiũ vulnere. Cap. XIII.

SCopi huius vulneris curandi sunt, victus ratio tenuis & frigida, donec inflammationis febris & doloris tẽpus præterierit: venæ sectio vel ad euacuationem, vel ad reuulsionem, vel præcautionem purgatio pro humorum redundantium natura, denique topicorũ vsus: si quid extranei adsit, si fieri possit, extrahatur. Summoperè tamen cauendũ, ne aliquid ossis vulnerati subito, ac magna vi detrahatur, maximè cùm magna eius quantitas est educenda: nam si ita fiat, vix à fistula, conuulsione, delirio, febri æger tutus erit. Proinde satiùs erit extrahenda in aliud tempus relinquere & interea medicamento trahenti naturam adiuuare. Si verò sine violentia ossium frustula & fragmenta extrahi possunt, præstiterit id in principio fieri, quàm tardiùs: ne si differatur, in eductione eorum renouetur vulnus & dolor ac alia symptomata. Ossium itaque fragmentis eductis, distantes partes in vnum adducemus: vt autem vnitæ remaneant, profundioribus & fortioribus futuris consuemus: turundámque postea

postea loco decliuiori admouebimus: quam prius melle rosa myrrha & puluere glutinatorio illinemus. Vulneri autem primis diebus puluerem etiam glutinatorium cum oui albumine apponemus & sequentibus diebus eundē puluerem miscebimus rerebint. vel aliud ex glutinantibus medicamentis applicabimus. Os verò si nudatum appareat, puluerem vel vnguētum glutinatorium linamentis excipiemus: eáque cū emplastris, vel stupis, vel pannis lineis vino calēti imbutis admouebimus. Cùm os totum præcisum est, facta imprimis futura glutinatoria cum oui albumine primis diebus applicabimus, sequentibus verò pannos vino calēti imbutos: & fascia longa & lata iuxta membri magnitudinem ita parte inuoluemus, vt vulneris locus apertus remaneat, ne quotidie fasciam reuoluere cogamur: deinde ferulas addemus, vt firmior sit ligatura, sicut postea dicetur. In reliquis verò, quemadmodū alia vulnera curabuntur.

De vulnere à tormento bellico.

Eiusmodi vulneris curatio victū tenuem & frigidū, phleboromiam si morbus requirat, viréſq; permittant, purgationē pro natura & dispositione humo-

rum corporis: aluúmq; liberè vel natura vel arte fluẽtem deſiderat. In topicis, primò ſi quid alieni remanſerit in vulnere, inſtrumẽtis conueniẽtibus educatur, vel medicamẽtis attrahentibus, capite de vulnere ſimplici dictis. In prima medicamentorũ applicatione alij laudant ferrũ candens, vel oleũ ſamb. ferueſ admotũ: alij ſequens oleũ olei vio. ℔. iiij. capito: duos caniculos recens natos cũ oleo perfectiſſimè coquito, vermium terreſtrium præparatorum ℔. j. addito: deinde percolato & ad vſum ſeruato. Id enim primo dolorem lenit, ac tandem pus ducit. Vel olei de ſemine lini, olei de lilio ſing. ʒ. iij. vnguenti baſilici ʒ. j. ſimul miſceto. Nonnulli cãcros fluuiatiles terunt & exprimũt: ac liquorem in vulnus infundunt ad dolorẽ leniendum. Interea autem ad vitãdam inflammationem, vulnus vnguento de bolo cum ſucco ſolani, ſemperuiui: aut ſimili ambiatur. In ſecundo apparatu vtemur aliquo ex oleis dictis cum oui vitello & modico croci: ſícque faciendũ, donec pus nobis appareat: tũncque detergendum tereb. optimè lota in aqua roſ. vel hordei. Poſtea,

℞. aquæ decoctionis hordei quantum ſuffi

sufficit, vermium terrestrium ʒ.iiij. succi plantag. apij. agrimon. centaurij minoris sing. ʒ.j. bulliant omnia & in fine decoctionis adde tereb. ʒ.iij. mel ros. ʒ.ij. farinæ hord. ʒ.iij. croci ℈. j. fiat deterforium in forma vnguenti. Si vulnus sit adeò profundum, vt neque medicamenta neque turundæ eo peruenire possint: iectionem sequentem per catheterem facito,

℞. aquæ hord. ℔.iiij. agrimon. cẽtaurij minoris, pimpinel absynth. plantag. sing. m. s. radicis arist. ʒ.s. fiat decoctio: cape de col. ℔.j. in qua dissolue mel. ros. ʒ.iij. aloës hepaticæ ʒ.iij. bulliant parũ, fiántq; iectiones, quoties vulnus inuisses. Si vulnus maiorẽ expetat absterſionẽ ℔.j. decoctionis miscebis ʒ.j. ęgypt. vel pulueris mercurij cum alumine.

Verùm si dolor superuenerit cum inflammatione admoueatur vnguentum nutritum cum succo plantag. solani & semperuiui: valet quoque emplastrum diachalcit. dissolutum oleo ros. papa. & aceto. Post vsum repellentiũ felici successu sequenti vtemur.

℞. micæ panis infusę in lacte bubulo ℔.j. s. olei viol. & ros. sing. ʒ. iij. vitellos ouorum iiij. ros. rub. florũ. chamęm. me-

lil. in puluerem redactorum sing. ʒ. ij. farinæ ord. & fab. sing. ʒ. j. croci ʒ. j. fiat cataplasma. Si periculum immineret corruptionis, fiat vt in gãgræna dictum est.

VVLNERVM PARTICVLARIVM CVRATIO.

De capitis vulneribus.

Cap. XIIII.

VVlnera capitis, vt certa methodo curemus: victum tenuem donec ægrotus sit ab inflammatione ac reliquis accidentibus tutus, præscribemus: venam cephalicam si affectus exigat, vires que ferant, aperiemus, iniecto prius clystere molliente. Medicamenta laxantia mitiora tamen iuxta humorum dominiũ exhibebimus: vt semper aluus liberè fluat, curabimus: ab omnibus vaporem in caput mittentibus abstinere iubebimus: aërem maximè dum vulneri medebimur, calfaciemus: curabit ægrotus in qua parte minus dolebit, donec pus sit genitum: tunc enim in parte affecta cubandum, vt facilius pus effluat, nisi dolor id prohibeat.

In topicis primò animaduertendum, num

num sit dissolutio continuitatis in osse: idque digitis tentabis, filo, palea: quod si adhuc dubitas, neq; satis hiat vulnus, illud erit tibi nouacula magis aperiendum idque in formam literæ x. & craniũ ea parte detegendũ, ac stupas aceto imbues, ad vitandũ sanguinis profluuium. Cranio verò discooperto vbi sciissura apparet, (sed dubitas num ea penetret nẽne) linamentũ oui albumine cũ puluere mastiches imbues & applicabis: cúmque postea inuises vulnus, aspicies num linamentum sit aliqua in parte siccius: quod si ita sit id tibi erit penetrationis indicium. In contusione quoque sine vulnere, raso priùs capite, appone idem medicamentum: quòd si aliquo in loco tibi linamentum siccius videatur, ibi subesse cranij fracturam æstimabis.

aut,

R. ceræ, thuris & ladani sing. ʒ. ij. terebinth. farinæ fab. aceti sing. ʒ. j. fiat cataplasma, quod toti capiti raso applicetur: si adsit fractura, ea in parte cataplasma siccius apparebit. Cúmque tibi cranij fractura apparuerit, si sit adeò magna, vt per eam pus exire possit: nec modiolo seu trepano, nec serra est opus ad dilatandum. Si autem adeò sit exigua

fractura vel fissura, vt pus effluere non possit: subsint ne ossium fragmenta quæ meningem lędant, cutem ad craniũ vsque in formam literæ x. vel †. scindes: cranium eo loco discooperies: ac linamenta oui candido imbuta in sequentem diem admouebis: sequentíque die modiolo craniũ aperies. Ea verò in operatione vires an sint valentes diligenter considerato: prognostico de futuro periculo prudenter vtitor, pleniluniũ maximè fugito, commissuras quantũ potes caueto: in loco decliuiori nisi quid obstiterit craniũ aperito, si magna est fractura eam totam ne exscindito, sed vt pus effluere possit, ossiúmq; fragmenta detrahi satis tibi esto: quæcunq; meningem lædere possent, quàm citò fieri potest educito, si quid asperi fuerit, lenticulari detrahito: eam operationẽ in tertium vel quartum diem ne transferto: sed antequam febris, aliáque symptomata corripiant, perficito. Absoluta ea operatione pannũ sericeum rubrum in melle rosato calenti immersum inter crassam meningem & cranium admonebis. Guido in principio miscet partem vnam mellis tribus partibus olei rosa. ob dolorem: at contra, quando est

à do

à dolore tutus: de Vigo in corporibus duris initiò miſcet mel cùm aqua vitæ: ſiquidem nec oleum, nec alia humectantia ex Hippocrate capiti conueniunt. Poſtea elychnia melle etiam imbuta ſuperpones: aliis autem partibus vulneris linamenta digeſtiuo ex vitello oui & oleo roſaceo infecta applicabis. Si aliquod oſſis fragmentum tam adhæreat, vt facilè detrahi non poſſit: oleo roſaceo erit perfundendũ, vt facilius eruatur. Cùm vulnus eſt in parte capitis ſuperiori ſeu in vertice, non eſt ſutura opus: cùm verò in lateribus, ſutura proderit. Solent multi pelle arietina, multíſque operimentis caput onerare, quod Hippocrati non placet: copia enim operimentorum capiti eſt oneri: calorẽ auger, ac tranſpirationem prohibet. Satis itaque erit, ſi ab aëre frigido cerebrum nõ afficiatur. Elapſis duobus aut tribus diebus ab vſu dictorum medicamentorum ad ſequens eſt tranſeundum: neque enim eo digeſtiuo, quod vocãt, diutiùs eſt vtendum niſi magnus dolor adeſſet.

R. vnguenti regis ℥.iij. mellis roſacei ℥.j. terebinth. lotæ ℥.s. pulueris myrrhę, cort. thuris, ſarcoc. ireos ſingul. ℥.s. olei hyperici aliquantulum, fiat vnguentum

quo linamẽta imbuantur: ſemper tamen pannum ſericeum rubrum melli immerſum inter craſſam meningem & craniũ interponendum. Vbi meninx iam cooperta eſt, poſſumus vti puluere ex myrrha, aloe, thure, maſtiche, ſarcoc. mixtis. vt,

℞. radic. ariſtol. iridis florent. corticis thuris, ſarcoc. ſang. drac. ſingu. ʒ. j. nucis cupreſſi. myrti, ſing. ʒ. ſ. centaurij minoris ℈. j. coralli ℈. ij. farinæ orobi ʒ. j. fiat puluis tenuiſſimus, qui admoueatur cũ linamentis & ſuperponatur emplaſtrum de betonica, vel de caprifolio: de quibus poſtea dicemus. Quod ſi craſſa meninx intumeſcat & per foramen modiolo factum exeat: oleum de vitellis ouorum commodè ac vtiliter admouebimus & pannum vel ſpongiam imbutam decoctione roſarum, chamæm. & meliloti. Verùm ſi caro ſupercreſcat ſuper meningem craſſam apponatur alumen coctum, vel puluis mercurij, vel hermodact. vel vnguentum apoſtolorum. optimum & maximum ad detergendũ medicamentum in iſtis & aliis capitis vulneribus eſt mel roſa, mixtum cum aqua vitæ, terebinthina vel eius oleo cũ puluere ſarcoc. & cocci baphici (grana tinctor

ctorum appellant) qua quantitate putabis expedire: Lenius est ex melliis ros. ʒ.ij. farinæ hordei ʒ.j. sarcoc. ʒ.ij. vitello oui & oleo rosato. Quando exigua est contusio absque vulnere ac cranij fractura caput priùs rasum foueatur oleo ros. & aspergatur puluere myrti: altero autem die fiat sequens catapl.

R. pulueris myrt. ʒ.j. nucum cupressi, sumac. balaust. rosa. singu. drach. ij. olei rosa. vel chamæm. quantum sufficit: fiat cataplas. quod prodest etiam contusioni cum exigua cranij fractura, aut vbi eam subesse suspicamur: in qua satis est resoluere ac discutere & sub finem si addideris squinanthum, absynthium, lentium & fab. farinam, optimum effeceris medicamentum, ad discutiendum, detergendum, atque roborandū, nec dum hæc fiunt, prætermitti debent reuulsiones & deriuationes, tum venæ sectione, tum cucurbitulis, tum aliis modis factæ, nec alia vniuersalia initio huius capitis dicta. Interdum ex contusione cranium deprimitur potiùs quàm frangatur, vt in pueris sæpissimè visum est, ob eorum molitiem: tùncque optimum est sequens emplastrum.

R. propoleos, vel ceræ nouæ sordidæ

& mellis communis singul. ʒ. iij. lapidis magnetis ʒ. s. lapidis pumicis ʒ. iij. absynthij, cumini, fulph. sing. ʒ. ij. salis ʒ. j. furfuris pug. j. vini optimi ʒ. iiij. misce & fiat forma emplastri, quod calens applicetur capiti raso, quo loco depressum est cranium: feraturq; 15. dies. Est enim virtutis mirabilis in releuando & reducendo cranio depresso. vel,

R. mellis communis ℔. s. fermenti ℔. j. furfuris drachmas duas, salis ʒ. s. cumini, absynthij singu. ʒ. iiij. fiat veluti emplastrum, quod geratur dies 15. Emplastrum etiam ponitũ post descriptionem aquæ inter glutinantia cap. de vulnere simp. hîc est vtile.

Emplastrum de centaurea.

R. centaureæ in vino albo noctem infusæ m̃. vj. coquantur ad medias & post colaturam coque iterum ad mellis crassitiem: de huiusmodi decocto cape ʒ. iij. lactis mul. ʒ. ij. terebinth. libr. j. resinę ʒ. s. thuris, mast. gummi arab. sing. ʒ. j. cerę nouæ quart. j. misce ac fiat emplastrum. Sequens quoque eleuat ossa, éstque sarcoticon.

R. terebint. partes ij. resinæ partem s. ceræ partem j. liquefiant: postea diligenter cum aceto agitentur: altero die ca-

pe

pe ſucci betonicæ partes ij. verbenæ par tem j. lactis mul. quantū videbitur, miſce omnia & moue diligentiſſimè.

Cùm caput ſiat ob vulnus imbecillius, multáque recipiat excrementa: vnde exactis etiam 40. diebus, inflammationes, aliáque ſymptomata ſuperuenient, ac denique mors: ſub finem curationis, non autem initio (ne calidorum vſu ſanguinis fluxum excitemus) optimum erit vti ſequenti aqua, quæ humorem tenuem efficit, ac per vrinas educit,

R. radicū graminis, ruſci, aſparagi & fœnic. ſing. ℥. ij. fol. beton. ſcroph. philipend. piloſel. ſing m̃. j. radic. ireos & ariſtol. ſing. ℥. j. chamæd. m̃. ſ. ſeminis halicacabi, alcechengi nuncupant, ℥. ſ. ſeminis milij ſolis ʒ. ij. ſeminis aniſi ℥. j. quatuor ſeminum frigid. maiorum fiugu. ʒ. vj. florum ſtæch. & roſ. ſing. pug. j. macerentur diem & noctem in libris iiij. vini albi & aquæ, & coquantur, addendo mellis libr̃ ſ. poſtea colentur & decoctum aromatizetur cinam. eiúſque decocti capiat manè ℥. iiij. & ſerò cùm lectum ingredietur tantundem. nouem dies. Animaduerſione ac reprehenſione dignus mihi videtur eorum error, qui

qui in parua cranij fissura tametsi non penetrat: vel etiam in magna fissura & quæ satis hiat, modiolum ita admouēt: vt quo quis maiorem cranij partē ademerit, eò maxime glorietur: quasi verò opus aliquot insigne ac præclarum effecerit. Adeò enim sunt plerique ignorantes & in artis operibus ita cæcutiunt, vt non videant hac ratione vulneris curationem in longissimum tempus protrahi, atque ægrum in multorum symptomatum discrimen adduci: quod hac ratione facilius cerebrum ab aëre alteretur, denique afflicto ea de causa mortis imminere periculum. Sed quemadmodum antè diximus cùm vulnus satis hiat, sic quidem vt pus liberè possit effluere, alia sectione nequaquā est opus: sed quod asperum est ac præter naturam, est detrahendum.

Mod

Modioli & ſerræ delineatio.




G
B
D
C
E
F
H
A






i
I
L
K
m
M


G
h
H
g


E
e
F
f







De vulneribus faciei. Cap. XV.

VVlneribus faciei curandis victus quoque tenuis initio est ex vsu, vt superiori capite dictū est. Prosunt quoque reuulsiones ad vitandam inflammationem: quæ fient venæ sectione, si satis sanguinis ex vulnere minimè fluxisse videbitur, vel cucurbitulis cum scarificatu in vertebris colli: aliæ quoque fient reuulsiones. Erit etiam admodum vtile aluum laxare: atq; catharticis humores malignos repurgare.

In topicis magnopere erit venustati & pulchritudini faciei conseruādæ studendum. Proinde in sutura, frequentiùs erit acu pungenda cutis, filúmque ducendum, vt frequētiora & propinquiora sint suturæ puncta: sic enim firmiùs glutinabitur. Aut fiet sutura quam siccā vocār. Interdum etiam cùm prima sutura non est satis firma, vulneríque labia satis vnita non retinet, sed laxa est, posterior quoque est addēda. In locis motui dicatis, sutura fieri poterit acubus labia vulneris transfigentibus, ibíque remanentibus & filo inferne, ac supernè circunuolutis. Turunda non est admouēda, nisi esset vulnus profundum, aut cū substantiæ ablatione. Medicamenta

eadē hic ſunt profutura, quæ aliis vulneribus conueniunt. Ego futuræ ſuperpono partes ij: aquę vitæ & tereb. vnā, alij vtuntur vnguento de minio. Proderit ſemper iis faciei & aliarum partium vulneribus aqua glutinatoria, cap. de vulnere ſimpl. vel aliquod ſimile balſamum valenter exiccans, ídque maximè in principio.

De oculorum vulneribus. Cap. XVI.

OCulorū vulnera ſanabimus victus ratione tenui, reuulſionibus, purgationibus & repellentibus. Cùm enim in iis ſoleat eſſe dolor acerbus, omnib' modis erit prohibēda inflammatio. Repellentia verò aptiſſimè fronti ac temporibus admouebūtur. In topicis initiò proderit albumen oui diutiſſimè cum aqua roſarum agitatum. In ſecundo apparatu ſuperiori adiicere poterimus collyrium album ſine opio & in tertio & quarto eodem modo. deinde,

R. myrrhæ, ſarcoc. nutritę in lacte fin. ℈.s. tuthiæ præparatæ ℈.j. mellis roſ. parum, miſce & fiat forma linimenti: quòd ſi de aerimonia æger queratur, miſce nonnihil albuminis oui & aquæ roſarū.

R. aquæ roſ. ℥.ij. ſyrupi roſ. ſoluiui ʒ. iij. fiat collyrium. Alij ad detergendū & mundific

mundificandū vtuntur melle virgineo, ſaccharo cādo, tuthia præparata & aloë ſimul mixtis.

Dolori leniendo ac demulcēdo, confert lac cū collyrio albo & muccag. ſeminis cydon. extracta in aqua roſarum.

Ad diſſoluēdum ac reſoluendum ſanguinem concretum in oculo ex ictu & contuſione, valet lac muliebre cū albumine oui: vel ſanguis colūbi ex ala detractus & calens inſtillatus, poſt ſecundum aut tertium diē: aut medulla panis torrefacta & vino rubro infecta: Aut videro, quæ ad ophthalmiā preſcripta ſūt.

Palpebræ inciſæ cum ciliis, acu curua conſuantur, fiátque ſutura ſatis profunda & firma: quæque diu partes vnitas retineat: ne ob motum impediatur agglutinatio. In reliquis quæ ſunt applicanda, aliorum vulnerum curatio obſeruetur.

De naſi vulneribus. Cap. XVII.

NAſi vulnera eadem methodo profligātur. Nam victum tenuem, reuulſionem, alui mollitiem, ac repellentia naſi ambitui admouenda & alia vniuerſalia deſiderāt, iuxta affectus magnitudinem. Quantum ad topica: Sutura fieri debet acu curua ſi recta commodè

adhiberi non possit: debet autem esse futura satis profunda: id verò antequam fiat partes digitis in nares immissis exactè & appositè sunt cõponendæ: postea cannula ex penna anserina confecta, stupis est inuoluẽda & naribus ad respirationem immittenda: id tamen Paulus Ægineta non probat. De vinculis & ligatura, ait Hippocrates, Qui præstantiora vincula amant sine mẽte cõplura alia lædunt, atque adeo nasum. Deinde ait: Si pars narium interior frãgatur, reponatur, immisso indice, vel ægrotantis, vel pueri: mollibus siquidem manibus est opus, donec in suam sedem reducatur. Quòd si index vel minimus immitti non possit, specillum imponatur primo statim die, vel paulò post, quoniam hæc ossa callo glutinantur & indurãtur vndecima die, nisi corrumpantur: Exteriùs verò manu medici in sedem naturalẽ restituãtur. Constat itaq; naso non posse commodam ligaturam applicari: sed post futuram aqua glutinatoria de vulnere simplici dicta, vel aliud eius generis, vel albumen oui cũ puluere glutinatorio apponendum: admoueda quoquoque puluilla externi parti, interius autem turundæ

De

De labiorum & aurium vulneribus.
Cap. XVIII.

LAbiorum vulnera futuram decentem requirunt, ac eorum appoſitionem quæ glutinant: atque ob frequens ſputum, quod humectat, diligentius eſt exiccandum & aſtringẽdum. Quare admodum erit vtile, locum ſemper fouere aqua noſtra glutinatoria, ligaturam huiuſmodi vulnera non admittunt, niſi ad retinenda medicamenta, quæ apponuntur labiorum denique extrema exactè & ad amuſſim reſtitui æquaríq; debent, ob formam decoram quæ diligenter eſt conſeruanda. Reliqua fiant, vt in capitibus vniuerſalibus dictum eſt.

Aurium quoque vulnera futuram deſiderant, & valenter ſiccantia, aſtringentia & glutinantia, cum pars illa ſit ſicca. Quodlibet autem vinculum, ait Hippocrates, auribus eſt inimicum: neque enim ita laxum circundabitur & ſi magis aſtringat, plurimùm nocet: quandoquidem auris tota ſolo vinculo aſtricta dolet: pulſu vexatur, atq; inflammatione. Optima medicina eſt interdum medicinam non facere, tum ad aurem, tum ad alia multa.

De

De colli vulneribus. Cap. XIX.

COlli vulnera poſt vniuerſalium inſtitutionem ſi ſint in ſubſtãtia carnea, ſeu muſculoſa tantùm futurã deſiderant & vſum glutinantium. Si vulnera in venis, vel arteriis, ſiſtẽdus ſanguis, vel medicamentis dictis de ſanguine ſiſtendo, vel digitorum admotione, venę, vel arteriæ orificio: vt cuidam accidit, in vena externa iugulari vulnerato, qui familiarium opera viciſſim vulneri digitum tres dies admouentiũ, ſanus euaſit: vel ſi fieri poſſit, vena, vel arteria ſuatur. Si digitos admoueas venæ orificio, eos illic contineas donec grumus ſit factus. Ligatura hîc locum non habet: collum enim ob venas, arterias, neruos magnos, ac ſpiritus tum vitales, tum animales, conſtrictionem nõ patitur. Quod ſupereſt, vt in vniuerſali methodo faciendum. Vulnus ſi fuerit in œſophago, vel tracheia arteria, ſutura quoq; requiritur: ac glutinantia ſunt admouenda: Ore verò ſunt continenda diaſymphyton, diatragag. diapap. & ſimilia. Si vulnus neruos attigerit, præſcripto victu tenui, reuulſionibus, catharticis, repellentibus admouendis ad vitandam inflammationem, vulnus fouendum oleo roſaceo

roſaceo calenti: Anodyno quoq; ex oui vitello & oleo roſaceo vtendum, donec ſit à dolore liber & tutus ab inflammatione. Poſtea quando pus aderit, ſequẽti deterſorio vtendum.

R. mel. roſ. ʒ.iij. farinæ hord. ℥. s. terebint. ʒ.iij. reſinæ ʒ.ij. thuris, maſtich. ſin. ʒ.j. myrrhæ, ſarcoc. ſing. ʒ.s. ceræ ʒ.ij. ol. maſtich & hyperic. ſing. ʒ.iij. miſce, ac fiat vnguentum.

Cùm ex eo vulnere conuulſionis impẽdet periculum, capitis pars poſterior & colli vertebræ liniantur oleo chamæ. anethino, lumbricorum, de terebinthina, pingued. gallinæ, & terebinthina: Plerunque enim certa experiẽtia comprobaui, cùm terebinthinam, tũ eius oleũ, ſæpe in iis & brachiorum vulneribus & dolorem demulcere & conuulſionem remorari. Si vulnus ad ſpinalem medullam peruenerit, lethale.

De humerorum vulnere. Cap. xx.

HVmerorũ in vulneribꝰ præmittẽda ſunt vniuerſalia remedia, vt victꝰ, reuulſio, purgatio, alieni ablatio & alia. Topicis poſtea ſic vtendum, Vulnus profundè firmitérq; ſuendũ, ne brachij põdere, ſutura facilè diſſoluatur, ac diſrũpatur & glutinatio impediatur: Proſpiciendum

ſpicie dum tamen ne nerui acu pungantur: aqua noſtra glutinatoria fouebimus: ſuturæ ſuperponemus albumen oui cū puluere reſtrictorio: Stupas imbuemus oui candido & oleo roſ. ac ſuperponemus: Turundam digeſtiuo imbutā, ſi neceſſaria videbitur, in locū deliuiorem immittemus: ligatura cōueniēti ac firma humeros circūuoluemus.

Exacto tertio vel quarto die à primo apparatu, turundam terebinthina, myrrha & ſarcoc. imbuemus.

De brachiorum vulneribus. XXI.

BRachiorum vulneribus eſt opus victu conuenienti reuulſionibus, alui deiectione, extranei ablatione & aliis vniuerſalibus.

Topicorum ratio eſt huiuſmodi, Si vulnus in muſculorum longitudinem protenſum, ligatura ſufficiet: ſi verò ſit per tranſuerſum muſculorum, fiet ſutura profunda firmáque, ac loco inferiori turunda apponetur: puluis aſtringens & glutinatorius oui cándido exceptus, applicabitur: Parti ſuperiori ad vitandam inflammationem, repellentia ex ſuccis frigidis & aliis apponentur: à quarto die turunda detergentibus erit inficienda.

Cubitum,

Cubitum, si vulnus afficiat, vniuersalia erunt magis exactè magísque diligenter obseruanda: diligentiúsque ob inflammationem repellendam: & anodynis leniendus dolor, ob periculum non modò inflammationis, sed aliorum quoque symptomatum, quæ succedere solent vulneribus articulorum.

De thoracis vulneribus. Cap. XXII.

PRimus horum vulnerum sanandorum scopus requirit victum frigidum, siccum ac tenuem, pro virium ratione. Cibi astringentes initiò minimè cõueniunt: ne difficilem efficiant anhelitum, ac sanguinem magis coagulent: si quis sit in thoracis cauitatẽ delapsus: sed vtendum amygdalato, hordeato, passulis & aliis, quæ thoraci conueniũt.

Secundus scopus ad euacuationem, reuulsionem, purgationem refertur. Iniecto itaque clystere molliente, vena secanda si videbitur, in cubito partis oppositæ. Cucurbitulæ natib⁹ & aliis partibus inferioribus admouendæ: extrema & fricanda & arctissimè vincienda, ad reuulsionem: altero à venæ sectione die, bolus offeretur ex cassia & cathol. si vires ægroti permittant.

Tertius scopus est in topicorum vsu.

Animaduer-

Animaduertendum autem num vulnus in thoracis cauitatem penetret (nulla tamen interna parte læſa) & ſanguis in cauitatem influxerit: num ſit vulnus externum tantùm: num denique coſta aliqua ſit fracta. Sanguis ſi in cauitatem influxerit, retinendum vulnus apertum: & ſi minus videbitur vulneris orificium, ipſum erit ſtatim dilatandum, vt ſanguini liber pareat exitus & in thoracem facilè fiant iniectiones.

Ne verò ſanguis concreſcat, aut vt concretus diſſoluatur, dabitur potus ex ʒ.j. rhab. mummiæ ℈.j. cũ aqua plantag. alij addunt rubiam tinctoriam, terram ſigillatam cũ ſucco mali punici, de quibus capite de caſu diximus. Piulco ſeu ſyringa iniiciemus in thoracem vinum calens: vel ex aliis aquam vitæ vel melicratum, vel œnomel, hoc eſt vinũ mellitum ad partium internarum deterſionem. Vel,

R. hord. mund. lentium ſingul. pug. ij. caudæ equinæ m̃. j. roſ. rub. pug. s. bulliant in æquis partibus aquæ communis & aquæ plantag. cum modico ſucci mali punici ad tertias: colaturæ adde ſacch. ʒ. ij. ſyrupi ex infuſione roſ. ʒ. iij. croci ℈.j. Vel,

R. radic.

R. rad. gentianę ʒ. s. lupinorũ, lentium fing. ʒ. ij. plantag. agrimon. fing. ĩ. s. thuris, myrrhæ fing. ʒ. j. mel ros. parũ, bulliant in vino & fiat iniectio: vel ea vtere quæ est capite de vlceribus thoracis.

Post vulneris detersionem, ad astringentia est properandum, cuiusmodi balaust. myrtus, acacia, hypocistis, mala cydonia, myrobal. aqua plant. ros. succus mali punici & similia, ex quibus fiat decoctio & iniiciatur. Astringentia etiam tunc ore sumenda: modò tussis non infestet: quæ eorum vsu augeretur. Quod si superioribus sanguis, vel sanies non educatur: qui super diaphragma corruerit: noua sectio est facienda inter quartam & quintam costam. In costarũ longitudine, non procul à spina dorsi: & si robustus æger videatur, poterit sectio in cauitatem vsque penetrare: si verò debilis, vel non est sectio facienda, vel non ad cauitatem vsque, sed tantùm ad membranam succingentem costas.

Costa si fracta fuerit, applicabitur emplastrum oxycroceum: ita tamen vt vulneris locus apertus remaneat, per quem possit pus educi: cúmque medebitur, apponemus digitum fracturæ, ne loco moueatur costa & ægro iubebimus vt

tuſſiat: vt pus tuſſiendo melius expellatur.

Si vulnus in profundū quidem penetrat, ſed nec partium internarum læſio, nec coſtæ fractura, nec ſanguinis intro defluxio. Vel ſi vulnus intro non penetret, tamen multùm hiet, ſutura proderit & ſi penetret, turunda immittetur filo alligata, ne cadat in cauitatem thoracis: ſin minus non eſt alliganda, quæ imbuetur oui albumine ſiue puluere glutinatorio, ac ſuperponentur ſtupę eodē modo imbutæ, diebus verò ſequētibus turunda inficietur digeſtiuo ex tereb. & oleo roſ. Deinde cùm pus apparuerit, ad detergendum his vteris.

R. mel. roſa. ʒ. ij. terebinth. ʒ. iij. ſucci apij & plant. ſing. ʒ. j. bulliant modicum: poſtea adde vitellos ij. farinæ hordei & fœnug. quantum ſufficit. Vel,

R. mel. ʒ. j. myrrhæ, thuris, ſarcoc. ſin. drach. s. farinæ hord. & fœnug. quantum ſufficit.

Parti externæ poſtea emplaſtrū diacalcit. apponendum. Vlcus ſi degeneret in fiſtulam, recurrendū ad fiſtularum curationem, de vlceribus. Quartus huius curationis ſcopus ad ſymptomatū correctionem pertinet: Ea verò ſunt febris, dol

dolor, anhelitus difficultas & tuſſis. Febri occurritur victus ratione frigida & tenui, reuulſione & purgatione. Si ex febri aluus dura, tertio quoque die iniiciendus clyſter mollis ac refrigerans.

Dolori & grauitati ſubuenitur, quando eſt ſine febri, fotu ex decocto chamæ. melil. anethi, ſeminis lini, fœnug. ſtæch. & roſarum, ſequentíque vnguento poſt fotum.

R. vnguenti reſumptiui ʒ. iij. vnguenti dialtheæ ʒ. ij. pingued. anſeris gallinæ & anatis ana ʒ. s. butyri recentis & olei amygd. dulc. ſing. ʒ. j. s. croci parum, ceræ quantum ſufficit. fiat linimentũ quo liniatur poſt fotum: ſi verò adſit febris, liniatur ſine fotu præcedenti. Anhelitus difficultas & tuſſis minuantur vſu decoctionis ſequentis.

R. hord. mũdati pug. j. liquiritię raſæ & contuſæ ʒ. j. quatuor ſeminũ frig. maiorum ſemunciam, iuiubarũ, paſſul. ſing. par. x. penid. ʒ. ij. ſacch. albiſſimi ʒ. iij. bulliant diligẽter in aqua hord. vtatúrque eo decocto frequenter, ſaltem manè & ſerò. Hac methodo priſtinam incolumitatem recepit Claudius Chillacus ſocer meus confoſſus in cordis regione, adeò vt ictus in cauitatem tho-

racis penetraret: citra tamen partiũ internarum (quod cognouerimus) lęsionẽ. Cui costa erat quoq; fracta, eiúsq; sonitum, ad cordis motũ apertissimè ob fracturam audiebamus. Quæ sanè res mihi curationem efficiebat dubiam: fieri enim posse non videbatur, vt costa ob perpetuam cordis agitationẽ callo obduceretur, quæ sic fracta, vlcus fouebat, vt putre quippiã semper appareret, magnũ imminebat fistulæ periculũ, ac denique interitus ægrotanti: qui tamen diuino ac singulari propemodùm munere, nostráq; opera & diligentia, contra omnium opinionem, pristinæ valetudini est restitutus. Potio Guidonis, ex caryophyllata, rubia tinctoria, aliísque rebus calidis cum vino, mihi non probatur, ob febrem, tussim ac anhelitus difficultatem.

De ventris inferioris vulneribus.

Cap. XXIII.

VEntris vulnera si ad intestina peruenerint, sítq; intestinum vulneratum, initiò victũ tenuem, exiccatorium, astrictoriũ, ac glutinatorium experunt. In iusculis itaq; vtetur astringentibus, vt aqua chalybeata: in iísq; dissoluetur mastiche ad ʒ.j. Requirunt etiam reuul-

sio

fiones, tum venæ sectione, tum cucurb. tum frictionibus, tũ ligaturis faciendas. Clysteres iniiciẽtur initio ex iure capi, vel intestinorũ & extremitatum veruecis: in quo hordeũ, chamæm. anethũ & furfur coxerint: in iisq; mel. ros. & vitelli ouorũ dissoluendi. Postea iniiciatur clyster astringens & glutinans, vel ex vino austero & ʒ. j. pulueris astrictorij ad intestina roboranda. Maximè verò clysteres proderunt, si vulnus sit in intestinis crassiorĩbus: si verò in tenuioribus & glutinantia & detergentia & anodyna sunt potiùs ore sumenda. Purgantia medicamenta hîc locum non habent, tum ne excrementa in partes affectas adducantur, tũ ne in transitu bilis mordicet, ac dolorem augeat, tum ne intestina excrementorũ transitu imbecilliora reddantur. Quantum ad ropica. Si intestinum læsum prosiliat: primò quidem abluendum est vino in quo absynthium, chamæm. melil. aneth. & rosæ coctę sint. Deinde intestinum suendum pellionum sutura: vtraq; autem fili pars extra ventrem promineat & pendeat, vt glutinato vulnere possit retrahi. Cumq; intestinum consutum fuerit, respergatur mastiche, vel altero pulucre astringente &

glutinatorio. Nonnunquam intestinum quidem non est oblæsum, sed extrà prominet, statímq; intumescit, suborris in eo flatibus, adeò vt in ventrem remitti non possit: túmq; primò fouendũ vino, in quo coxerint anisum, fœniculum, cuminum cũ melle: aut catellum vel columbam, vel gallinam mediam diuides: ac puluere ex discutientibus flatus resperges & intestino tumenti admouebis. Si verò flatus ita discuti nõ possint, nec intestinum suo loco restitui: vulnus est dilatandum obtuso ferro, vt magis intestina non lædat: tandémq; intestinũ remittendum. Omentum si per vulnus prosiliat, filo ligandum, quod prominet, est præscindendum, ac cauterium applicandum ad ligaturam vsque, denique loco restituendum: ita tamen, vt filum etiam extra ventrẽ pendeat, vt post escharæ casum ipsum quoque cadat. Ego tamen cauterio non vtor: nam quod corruptum est vnà cũ filo processu tẽporis commodè potest educi. Postea quã & intestinum & epiploũ intro sunt remissa, locísq; suis restituta, externa ventris labia sunt vuienda & consuenda hac quidem ratione, vt vnus puncturæ sit superior: alterius autẽ pũctura inferior.

Ex

Ex ſanguine in partes internas vētris influente, ac decidente, haud magnū imminet damnū, ſi illic quoq; retineatur: quandoquidem natura ipſum in bubones, ſeu inguina tranſmittet atq; tumorem excitabit: qui curabitur, quemadmodum antea de tumoribus loci illius docuimus. Hepar verò vel lien vel ventriculus ſi lædatur, curatio non differt ab aliis, niſi quòd partes illæ ſunt perpetuò propter neceſſarias actiones cōfirmandæ, ac roborādę: facilius tamen vētriculo quàm cæteris, tam aſſumptis, quàm admotis medebimur: quæque aſſumentur maiorē vim habebunt in ventriculo læſo, quàm in hepate & liene, obviæ longitudinem & rei aſſumptæ alterationem. Deniq; ſi ex inteſtinorum vulnere tormina ſuboriantur, ventrem vino foouebimus, in quo ſemen aniſi & fœnic. ac reliqua flatus diſcurientia & chamæm. ac melilotum, reliquáque anodyna coxeris: aut videro, quæ de tumore flatuoſo diximus.

De crurum ac tibiarum vulneribus. Cap. XXIIII.

CRurum & tibiarum vulnera in ratione curandi, parum admodū dif-

ferunt à methodo præscripta in vulneribus humerorū ac brachiorū. Proinde victus ratio tenuis præscribenda: occurrendum inflammationi, omnibus reuellendi modis: humores vomitu potiùs quàm alui deiectione purgandi, pars affecta ita collocanda, vt minimum doloris persentiscat, nec corporis recremẽta eam in partem leui negotio delabantur: denique pars est in otio continenda. Nam ex Hippocr. neq; stare conuenit, quem vulnus exercet: præsertim si in crure versetur: sicut nec sedere, nec ingredi, sed quies, & otiũ plurimùm conducunt: Tandem fiat ligatura repellens, ne humores tam facilè in partem procumbant.

De vulnerum symptomatis. Cap. XXV.

SYmptomata quæ vulneribus accidunt, ferè sunt sanguinis profluuiũ, dolor, intemperies, phlegmone, cõuulsio, paralysis, syncope, febris, & ex febri deliriũ. De sanguinis profluuio initiò diximus, supereſt vt de aliis paucis agamus. Dolorem demulcemus situ ac fotu ex oleo rosa. & oui albumine si adsit inflammatio: si verò absit, totum ouum prodest cum oleo ros. aut catapl. ex mal. butyro & furfure: aut mica panis in la-

cte infusa. Semper tamẽ videnda est causa doloris, vt ei occurratur, quemadmodum si dolor adsit ob impeditam transpirationem & puris vel saniei retentionem: dãda est opera, vt ei exitus pateat, vulnus quantum satis est dilatando: cauendum tamen à sanguinis profluuio.

De intemperie.

Intemperiem calidã emendamus nutrito ex succis plantag. & solani, oleo ros. aceto & litharg. cum ceruſæ exigua quantitate: vel vnguento albo cum caphura, vel vnguento quod populeon vocant, & similibus.

Intemperiem frigidã corrigimus fotu ex decoctione calidorum medicamẽtorum, facta in vino, vel litu ex oleo chamæm. anethino, irino, ruraceo, lauri no: vel vnguento macedonico: vel cataplasm. ex puluere chamæm. feminis lini cum vino & ouo integro, aĉ similibus.

De inflammatione.

Inflammationi occurrimus litu ex lacte, oleo ros. & ouo, cum farina hordei, aut cataplas. Auic. ex malo punico in vino cocto & contuso, & eiusmodi. Papauere, mandrag. & opio non vtendum, nisi cùm cætera non profuerint. Si vis plura, vide in curatione phlegmones.

De febri.

Febrem cohibemus victus ratione tenui & frigida, venę sectione, medicamētis laxantibus dictis de tumoribus calidis, denique iis omnibus quæ solent inflammationem impedire.

De delirio.

Delirij aduentum impedimus, dum adest febris & venæ sectione & clysteribus & medicamentis vaporū asoensum in cerebrū cohibentibus, vt initiò oxyrhodino fronti ac temporibus illito, ex olei rosa. ʒ.ij. aquæ rosa. ʒ.j. & aceti ʒ.s. Ad somnum etiam conciliandum, valet vnguentum populeon cum oui albumine, fronti ac temporibus illitum: aut oleum rosac. cum vnguenti popul. ʒ.j. & opij. ℈.j. Si fel leporinum in potu cum vino exhibueris, dormiet donec acerum ei dederis.

R. syrupi de pap. ʒ.j.s. aquarū lactucæ & nymph. sing. ʒ.ij. diamarg. frig. ℈.j. fiat potus. Hyrudo etiam fronti admota iuuat: nam sanguinem dum trahit, vapores etiam exhalāt & fumi: prodest quoque lotio brachiorum ac tibiarum ex decocto foliorum salicis, viris, lactucæ, violariæ, nymph. & rosarum, aliorúmque refrigerantium.

De

De conuulsione. Cap. XXVI.

CONuulsio superuenit vulneribus, vel ob immoderatum sanguinis profluuium, vel ob repletionem & inflammationem, vel ob dolorem, vel virus aliquod pungens.

Conuulsio ab inanitione ob immoderatum sanguinis profluuiũ, in victus ratione, humectantia & laudatum sanguinem gignentia experit, vt sunt iura optimarũ & succulentarũ carniũ: potus initiò hordei decoctum esto, postea vinum dilutum balneo aquæ dulcis, aç tepidæ vtitor, in qua coxerint althea, malua, viol. branca vrs. radix liliorum: poterunt quoque in balneũ olea viol. lilij & amygd. infundi, aut fiet decoctum ex capite, pedibus & intestinis veruecis. Cauendũmque summoperè, ne, vel in balneo, vel extra sudet: magis enim exiç caretur, sed ad humiditatem ex balneo contractam retinendam, vngendus est æger oleo ros. præsertímq; pars cõuulsa & quæ siccior videbitur. Pars capitis posterior, colli ac dorsi vertebræ, axillæ, atque inguina liniẽda & fouenda oleis mollientibus, qualia sunt oleum liliorũ, viol. anetinũ, & huiusmodi motibus inordinatis est diligẽter resistendũ, firmitérque

térque partes continendæ, ne tanto impetu moueantur. Denique sequenti electuario frequenter vtatur æger ad instaurandam humiditatem.

R. conseruæ viol. & bugl. singu. ℥.j. pinearum recentiũ in aqua hord. infusarũ ℥.s. carnis testudinis præparatæ ℥.ij. pulueris elect. resumptiui & diamarg. frigidi sing. ʒ.ij. sacch. in aqua viol. dissoluti quantum sufficit, fiant morsuli ponderis semunciæ. vtatur inter pastus.

Conuulsio à plenitudine vel est ob sanguinẽ in partem influentem, excitantémque inflammationem: vel ob pituitam, substãtiam neruorũ replentẽ: cùm ab inflammatione, iniecto clystere vena est secanda: magna tamen sanguinis copia non est educenda, ne vires collabantur: cùm iam ex vulnere sanguis effluxerit: reliquáque facienda, vt in curatione phlegmones.

Cùm verò est conuulsio ob pituitam. Primò victum tenuem, calidũ & siccum expetit. Secundò humoris præparationem, ac purgationem, incipiendo à mitioribus & ad valentiora progrediẽdo: nisi morbus sit tantus, vt statim à valentissimis auspicandũ videatur, iuxta Hippocratis sententiã. Extremis morbis extrema

trema remedia. Ad præparandũ, mitiora sunt, mel. rosa. col. syrupus acetos. simplex, de bizantiis, de duabus radicibus, de hyssopo. Valentiora syrupus de quinque rad. de stæch. oxymel. scylliticum.

Purgabitur primò pilulis de hiera simp. assaieret, de agar. Postea cocciis, & fœtidis, denique pilulis de euphorb. de hermodact. de sagap. de opopanace, & plura desideras: vide de œdemate & de absceſſu pituitoso.

Auertentibus etiã materiã & ad partes inferiores trahẽtibus vtemur, vt clysteribus acrib⁹ & frictionibus partiũ inferiorũ, cùm affectus est in superioribus.

Conferunt etiã post vniuersales purgationes gargarisma. apophlegmatis. errhina & sternutatoria.

Gargarismata fient ex decocto hyssopi, sampsuc. pulegij, calaminti, origani & similium cum oxymelite scyllitico, vel syrupo de stæchade.

Apophlegmatismi seu masticatoria fient ex pyrethro, staphyde agria, pipere, zinzib. mastich.

Errhina fiẽt ex succis siclæ, mercurial. ireos, vel ex decocto rad. pyrethri & ireos, fol. calaminti, orig. stæch. anthos, agarici, troc. nigellæ romanæ. Sternutatoria

BIBLIOTECA

toria cõponentur ex puluere pyrethri, piperis, ſtaphydis agriæ, veratri albi, euphorbij. Sumenda etiam poſt purgationes quæ cõfirmant caput & ventriculũ & materiam paulatim abſumũt. Proderit itaque theriaca vetus, quotidie manè ad ℈.j. ſumpta, vel ad ʒ.j.ſ. ſemel in hebdomade. Iuuant etiã mithridatium, aurea alexandrina, diamoſcum dulce & amarum, diãthos, diagalanga, aromaticum roſatum, & ſimiles confectiones ex quibus cum conſeruis acori, ſaluiæ, anthos, cum zinzib. condito, cortice citri, myrobal. conditis & ſyrupis conuenientibus fient opiatæ.

Porrò balnea ſulphurea, aluminoſa, ſalſa, nitroſa, tum naturalia, tũ arte confecta, conferũt: in quibus etiam coquemus maluam, altheam & capitales herbas, vt hyſſopum, ſampſucum, pulegiũ, calamentũ, origanũ, ſaluiã, iuã vtrãque, flores chamæm. melil. ſtæch. anthos, ſemina lini, fœnug. & ſimilia: vel fiet ſuffitus & vaporem decoctionis earum herbarum ægrotus ſuſcipiet: iniicietur autem decoctum in lapides molares ignitos: dandáque erit opera ne quid exhalet, ſed toto corpore fumum excipiet.

Cæterùm tota ſpina dorſi & partes

con

conuulſæ liniẽdæ ac fouendæ diligẽter oleo vulpino, vel coſtino: vel in iis oleis & vino, perfectè catellũ vel felẽ coquemus: eóque oleo partes fouebimus. vel,

℞. olei lumbric. de lilio & anetho ſin. ʒ.ij. olei catellorum ſuperiùs dicti ʒ.iij. pingued. gallinę recẽtis & medullæ cruris vituli ſing. ʒ.j. vnguenti dialth. ʒ.iiij. caſtorei & piperis ſin. ʒ.iij. aquæ vitæ ʒ. j. ſ. ceræ parum, fiat linimentum, quo liniatur tota ſpina & pars conuulſa.

Quando conuulſio per ſympathiam excitatur ob dolorẽ partis vulneratę, vt cùm vulnus neruorum ſubſtantiam attigerit: vel aliquod virus mordicat & pũgit: vel inſignis eſt intemperies, dolor eſt leniẽdus: id autẽ fiet balneo ex oleo communi modicè calenti: vel ex decocto altheæ, maluæ, violariæ, ſeminis lini & fœnug. florum chamæm. melil. vel decocto & iure capitis, pedum & inteſtinorum veruecis, vel fotu ex oleo vulpino: ſeu balneo ex eo cõfecto, tãtúmque temporis in eo morandum, quantũ ſatis eſſe videbitur ad dolorem ſedandũ: ſem per tamen habenda erit ratio cauſæ dolorem excitantis, vt ea diligentiſſimè auferatur. Vnde ſi conuulſio eſt ob virus ex morſu venenato: ipſum eſt extra-

hen

hendum remediis de vulnere ex morsu dictis. In nerui punctura & incisione, si iis medicamentis conuulsio non cedat, catapl. vtemur ex mica panis in lacte infusa & superposita, vel ex mica infusa in decocto papaueris, si sit necessarium. Quòd si nec iis quidem remediis pareat conuulsio: totus neruus erit abscindendus, vt antè diximus.

De paralysi. *Cap.* XXVI.

PAralysis eodem propè modo curatur, quo conuulsio ex plenitudine: nimirum victus ratione calida & sicca: venæ sectione, præsertim cùm oritur inflãmatio. Pituitæ præparatione, incidẽdo, tenuando, detergendo & aperiendo, quemadmodũ capite de œdemate dictum est. Denique eiusdẽ pituitæ purgatione: ita tamẽ vt iis in omnibus à mitioribus ad valentiora progrediamur: quandoquidem si initiò valenter calfacientibus & aperientibus vtaris, periculum est ne materiã nimis colliques: eáq; fusa magis penetret, atque affectus augeatur.

Post purgationem materiam auertemus clysteribus acribus, gargarismatis, apophlegm. errhinis & sternutatoriis, capite præcedẽti dictis, vt materies quæ ad spinã fluit & labitur, iis reuellatur: ea tam

tamen locum non habeant, nisi corpus sit satis supérque purgatum.

Præterea multum vtilitatis sunt allatura, etiam post purgationes theriaca vetus, mithrid. aurea alexandrina cum aqua vitæ, diamoscum vtrunque, rosata nouella, aromat. rosatũ, diagalanga, conserua acori & florum saluiæ & alia quæ caput ac neruos roborant.

Ad hæc ex vsu erũt balnea in declinatione, tum naturalia, tũ arte cõfecta ex sulphure, alumine, & sale in aqua coctis.

Postremò topica debent esse discutientia & roborãtia caput, spinalem medullam, atque neruorum partis oblæsæ principium: semper tamen à mitioribus ad valentiora fiat progressus, vt ab oleo chamæm. de lilio & vulpino, ad oleum de spica, irinum, de tereb. de costo, rutaceũ, laurinũ, de piperibus, de euphorb. & similia. Probant aliqui oleum laurinum & illitum & cum mica panis sumptum: alij baccarũ lauri & olei communis partes æquales distillant & mẽbrum illinunt: alij partem vnam theriacæ veteris, vel mithridatij cum duabus aquæ vitæ partibus miscent: spinam dorsi igni obuersam diutissimè fricãt: quod quartana laborantibus conferre certa expe-

rientia compertum est, si ante accessionem vngantur, ad spinam dorsi: alij sequenti distillatione totam spinam partémque paralysi affectam felici successu oblinunt & fouent.

R. rad. ireos & aristol. fin. ʒ. ij. symph. maioris, iuæ arthriti. herbæ paral. pimpinel. rutæ, saluiæ sing. m. j. baccarū lauri & iuniperi singu. ʒ. vj. florum stæch. & rorismar. singu. pug. j. s. galangæ. zedoar. zinzib. caryoph. nucis musc. cinamo. sing. ʒ. iij. ligni aloës ʒ. j. thuris, mast. fin. ʒ. x. myrrhæ, aloës, sarcoc. bdellij, galbani ammon. sing. ʒ. j. s. castorei ʒ. s. gummi elenij ʒ. ij. diachyl. ireati ʒ. iij. aquæ vitę ʒ. iiij. coniiciantur omnia in alembicum & distillentur lento igni donec liquor crassus effluat: erítque veluti balsamum à Mesue & Guid. expertū, à nobis quoque successu nō pœnitendo factitatum.

De syncope.

Antequam ægrotus in syncopen concidat, est illi vinum potu exhibendum, aut modicum panis vino imbuti: aut si febris adest, proderit diamarg. frig. cum aquis rosa. viol. & bugl. Leni ac blando sermone æger est consolandus: ac multitudo domo deturbanda: ne aut ægrotum terreat, aut aërem loci immoderatè cal

calfaciat. Si ob doloré in ſyncopen æger prolabatur: aqua roſ. vel communis eſt illi mox in faciem coniicienda: & ſpiritus intus compreſſi ac veluti ſuffocati foras diligenter reuocandi, partium extremarum frictionibus & ligaturis doloríficis. Naſus, pili, auriculæ vellendæ: ſternutatoria in nares quoque inſufflanda. Cucurbitulæ humeris ac cruribus admouendæ: nomine proprio voce aperta compellandus. At ſi ex nimio ac ſuperabundanti ſanguinis profluuio ſyncope accideret, ab iis dictis abſtinendum: vinum generoſum vel aromatites propinandum, ac ſpiritus aromatibus reficiendi atque inſtaurandi: denique illi quies eſt imperanda.

***

LIBER TERTIVS
DE VLCERIBVS, IN VNIVERSVM.

De vlceribus. Cap. I.

VLCERVM cauſas, ſigna & prognoſtica, ex aliis autoribus ſunt tibi petenda, hîc etenim compediariâ quandam, breuémque eorũ curandorum methodum tractare conſtituimus.

Communis vlcerum omnium curandorũ indicatio atque intentio, ſi tãtùm vlceris rationẽ habemus, eſt exiccatio. Quod autem altero cum affectu eſt coniunctum: à quo vel genitum eſt, vel fouetur, vel ſine cuius ablatione ſanari non poteſt, quatuor habet medendi ſcopos atque intentiones.

Primus ſcopus eſt, vt victũ congruentem præſcribamus.

Secundus, vt materiem antecedentem auertamus & intercipiamus.

Ter

Tertius, vt ſymptomata & diſpoſitiones cum vlcere coniunctas & complicatas, vel emendemus vel ſummoueamus.

Quartus, vt vlceris recrementū tenue ſiccemus, craſſumque detergeamus.

Primus ſcopus eſt in ratione victus. Erit autem victus præſcribendus, vel tenuior, vel abūdantior pro viribus ęgrotantis, humorum abundantia, vel paucitate. In ciborum qualitate habenda erit ratio temperamēti & humorum, tum in toto corpore redundantium, tū in partem affectam influentium: vt ſi humores acres & calidi, frigidos & acrimoniam obtundentes inſtituamus.

Secundus ſcopus etiā perficitur iuxta humorum tum qualitatem, tum quantitatem, quibus laborantis corpus ſcatet: quíque in partē vlcere affectam influunt & purgatione & euacuatione & auerſione, quæ fient partim purgantibus medicamentis methodo de tumoribus explicatis, partim venæ ſectione ſi vires, ætas & reliqua conſentiant: partim ligaturis, frictionibus & fotu partium loco vlcerato oppoſitarum: partim repellentibus ad fluxionem intercipiendam, vt vnguento ex bolo arm. aut ſimili.

Tertium ſcopum abſoluemus, pro di-

uersa symptomatum & dispositionum cum vlcere coniunctorum natura: aliquando enim coniunctam habet intemperiem, nonnunquam dolorem, interdū tumorem, quandoque cōtusionem, frequenter hypersarcosim, sæpenumerò labiorum duritiem, vel ossis cariem, vel virulentum excrementū, vel sorditiem, vel cauitatem & sinus, vel latentem incognitámque cacoithiam: quæ omnia curationem euariant.

De intemperie cum vlcere. Cap. II.

INtemperies qualiscunque sit tollitur vniuersalibus remediis, nimirum debita victus ratione, purgationibus conuenientibus, si sit cum humore coniuncta & omnis generis reuulsionibus. Calida intemperies siue sola, siue cum humoris affluxu, est emendanda vnguento albo, vel rubro cū caphura, vel vnguento ex pomphol. vel de plumbo, vel de cerusa, aut aqua ros. & succis plant. solani ac semperuiui.

Frigida intemperies tollitur fotu ex vino calenti solo, vel in quo concoxerint absynthium, menta, hyssopus, pulegium, calamintum, origanum, rosmarinus, stæchas & similia, vel lixiuio cum alumine, vel vnguento basilico, vel

vel vnguento citrino, vel dialthea.

Intemperies humida ad naturalem reducitur vnguentis exiccātibus, de pomphol. de plūbo, de ceruſa, de gratia Dei, diacalcit. habita ratione humoris. Ea enim intemperies non ſolet eſſe ſine humore: nec prętermittenda partis affectæ natura: quæ vel magis, vel minus ſiccantia recipit.

Intemperiès ſicca naturæ temperaturæ reſtituitur ex Gal. 4. meth. fotu aquæ calidæ, vel vnguēto quod baſilicon vocant: vel vnguento de pice, diachyl. quæ diſſoluuntur oleo: cuius ʒ. vni adde pulueris roſ. ʒ. j.

De dolore cum vlcere. Cap. III.

DOlor in vlcere frequentiùs eſt ab intemperie calida & acrimonia, aeque corroſione: túncque ſuppoſitis vniuerſalibus proderunt ſucci plāt. ſolani, ſemperuiui, hyoſcyami & ſimiles, aut aquæ ſtillatitię earū herbarum, quæ miſceri poterunt aceto & oleo roſ. Prodeſſunt etiam albumen oui vel ouum integrū cum oleo roſ. Bolus arm. terr. ſigil. cum aceto & oleo roſ. iuuat quoque cataplaſ. ex mal. plant. & farf. coctis oleóque roſaceo cōmixtis. Adhæc albumen oui cum oleo roſ. & litharg. dili-

genter agitata in mortario plumbeo, postea lēto igni cocta in ℔.j. succi semperuiui, ad succi consumptionem: Vel ouum integrum cum oleo ros. & tereb. Vel vnguenti popul. ℥.s. cum olei de vitellis ouorum ℥.j. Vel vnguentum albū caphuratum, vnguentum de lithar. de minio, de ruthia, de plumbo, vnguētum rub. cum caphura.

Dolor si ab intemperie frigida (nam frigidū etiam vlceribus mordax) fouendum vino in quo calida coxeris, vt superiori capite dictum est: Prodest etiā basilicon & vnguētum fuscum, & citrinū. Cùm autem oritur dolor à continuitatis dissolutione, non mediocriter iuuant omnia anodyna: Ea tamen prosunt maximè quæ calorem natiuum augent atque fouent: vt vitellus oui, crocus, terebint. oleum abietis & rosaceum quæ simul mixta vlceri applicari possunt. In vlceris verò ambitu pingued. gall. anseris, anatis, suis & similes, ac œsypus, muccago seminis lini, fœnug. altheæ & maluæ iuuabunt: Olea quoq; ros. amyg. chamæm. aneti, violacei, vulpini, ricinini.

vel,

R. mal. m̄. j. s. farinæ seminis lini, fœnug. & hord. sing. ℥.s. olei chamæmel. & lil.

lil.sing.ʒ.vj.olei ros.ʒ.iij.muccag.semi-nis alth.ʒ.j.s.vitellos ij. fiat cataplasm. Quando dolor ingens, quíq; præcedentibus non lenitur, accedendum ad narcotica: quare cataplas. conficies ex far. hord.ol.ros.& nymph. vel mandrag. cũ lacte vel passo coctis: Vel ex mica panis in aqua infusa cũ oleo ros.vitellis, croco, quibus addes opij ϑ.s. Vel catapl.ex foliis papau.albi, vel ex foliis mãdrag. vel hyosc. cũ puluere chamæm. Vel applicabitur philoniũ, vel theriaca recẽs: Vel oleũ de pap.vel mandrag.vel hyosc. cum opio, vel succus hyosc. cum lacte mul. vel ouillo & opio. Prodest etiam oleum de ranis.

De vlcere cum tumore. Cap. IIII.

TVmor si vlceri ob dolorem acciderit, is est leniendus, habita ratione causæ doloris, siue sit ob dissolutã continuitatem, siue ob mordicationem, vel intemperiem: Verùm si tumor ex defluxu potiùs ob humorum redundantiam, vel malitiam: præscribendus victus tenuis & frigidus: vena secanda: aluus laxanda pro natura humorum: cohibẽdus humor, qui influit, ac resoluendus qui iam influxit: quæ omnia tradita sunt de tumoribus cõtra naturam. Si tumor ab

humore calido, initiò confert malũ punicum dulce in vino austero coctũ, tritũ & admotum aut cydonia & pyra acerba cocta cum puluere myrti: aut lentes coctæ & cum puluere corticis granatorũ, rosſ. & terebinth. mixtæ.

In augmento iisdem medicamentis addenda farina fabarum hord. tritici & chamæm. in statu fiet catapl. ex decoctione mal. absynth. In vino dulci cum far. seminis lini, fœnug. & farfure: pus verò si fore præuideatur, fiat catapl. ex maluis in aqua coctis cum far. seminis lini, fœnug. & axung. suilla: Vel ex far. trit. ol. cõmuni & croco coctis in aqua in formam pultis. Emunctoria si ob dolorem vlceris tumore afficiantur, sitque materia calida, maluarum m̃. iij. cũ furfure in aqua coquito & apponito: quod etiam tumori in vlc. existenti potest admoueri. Si verò materia frig.

R. mummiæ in vino ad crassitiem coctæ ʒ. j. œsypi ʒ. ij. far. tritici ʒ. s. bulliãt simul, ac fiat cataplasma.

De vlcere contuso. Cap. v.

VLcus cõtusum indiget humectantibus, ac pus generãtibus, vt pulte ex farina tritici, oleo & aqua coctis: aut triticũ aqua calida diutissimè macera-

tum

tum & coctum applicetur: Aut ex radice alth. & caricis simul coctis ad mellis crassitiem cũ farina triticea fiat catapl. Denique recurre ad curationem vulneris contusi: nam vtrobique est eadẽ contusionis ratio.

De carnis excrescentia in vlcere. Cap. VI.

HYpersarcosis, hoc est carnis excrescentia potest auferri cauterio, nouacula vel forcipibus ignitis, ac medicamentis corrodentibus, quæ quàm minimùm fieri poterit, mordicẽt: Ex quibus imbecillia sunt alumen vstum mixtum cum bolo vel sine eo, hermod. & cũ tartaro, nuclei dactyl. combustorum, aqua vitæ cum sulphure, vnguentum apostolorũ, semen vrticæ, serpentaria, squãma æris, æs vstum, radix asphodel. cinis erinacei, stupæ minutim incisæ: Paulò vehementiora sunt, puluis mercurij solus, vel mixtus alumini vsto, ad partes æquales, vnguentum ægyptiacum, apostolorum cum ærugine rasili: Vel aquæ vitæ ʒ.ij. ærug. rasilis ʒ.ij. misceantur: vel linamentum aqua sublimata ter aut quater imbutum & exiccatum. Valetissima sunt calx viua, calcitis, calchantum vstũ sublimatum, hydrargyrum: valent quoque formulæ sequentes,

R.

R. hydrargyri ſublimati ʒ.ij. aluminis crudi ʒ.v. aquæ roſ. vel plāt. ℥.vj. bulliāt ad conſumptionem quartæ partis: hæc enim aqua mirabilē efficit operationē.

R. ſalis nitri, vitreoli romani, aluminis ſingul ʒ.s. hydrargyri ſublimati ʒ.s. aquæ plantag. ℥.vj. aceti ʒ.ij. bulliant vt dictum eſt. Cùm verò hæc admouentur debet etiam vnguentum de bolo arm. locis vicinis applicari & cōſeruari partis præſtantia, ac carnis ſuperfluæ quantitas conſiderari.

De vlcere decolore cúmque labiorum duritie. Cap. VII.

VLcus cū eſt decolor, ac labia eius dura, ſi exigua ſit durities, mollientibus ac reſoluentibus curari poterit: qualia ſunt pinguedines anſeris, gallinę, anatis, viruli, bouis, vrſi, leonis & eorum medullæ: ex quibus quæ recentes ſunt magis laudantur: Proſunt etiā olea liliorum, amygd. dulc. lumbricorū, vulpinū, œſypus, muccag. alth. lini, fœnug. omnia gūmi genera. baſilicon, diachylon, emplaſtrū de muccag. medulla cruris bouis cum muccag. altheæ, tragag. & terebint. oleo omphacino & exigua cerę parte. Quòd etiam decoctioni capitis, pedum & inteſtinorum veruecis in

vino

vino dulci factæ supernatat: Medulla cruris equi eo modo cocta. Si mitiorib⁹ durities non cedat: labia vlceris scarificato & puluerē mercurij aspergito: deinde aliquod ex iis medicamētis admoueto: vel cauterium applicato: vel duritiem nouacula præscindito: vel remedia erodentia valentiora apponito, vt dictū est: in quo animum ægrotantis tentato & particulæ laborantis situm ac sensum considerato.

R. litharg. lapidis hæmatitis vitreoli romani sing. ʒ. ij hydrargyri sublimati ʒ. ij. ʒ. misce.

De vlcere cum varicibus.

De vlcere cum varicibus nihil nobis in præsentiarum dicendum cùm antea cùm de tumoribus tractaremus, simul quoq; de varicib⁹ egerimus: hoc tātùm supereſt, quòd vlcus curari non potest, nisi ablata varice, à qua continuò fouetur & quodammodò alitur: qua ablata & excisa, vt antea dictum est, vel vlcus ex sese curabitur: vel vlceris simplicis curationem recipiet.

De vlcere cum ossis carie. Cap. VIII.

VLceri si ossis corruptio seu caries adiūcta videtur, præmissis vniuersalib⁹, qualia sunt victus ratio, venæ sectio, si

ctio, si profutura videtur & humorum purgatio, imprimis os est denudandum seu exuendū carne, ipsam vel excidēdo, vel exedendo. Deinde si ossis corruptio sit tātùm superficiaria, ipsum est eradendum donec aliquid cruoris appareat. Idque optimum est in vlceribus capitis & membrorum quæ partibus principibus sunt propinqua & proximè iuncturas ac spinam dorsi. Postea verò sequēs est superponendum,

R. radic. aristol. rot. ireos & peucedani, corticis panacis, cort. pini & thuris, aloës sin. ʒ. ij. fiat pulvis tenuis, qui melle excipiatur, vel cum vnguento regis, vel ægyptiaco misceatur & emplastrum diacalcitris vel diuinum superponatur. Quando caries erit profundior: aut quę ferro radi nō possit, fiat iniectio sequēs,

R. rad. aristol. vtriusque, iridis florentiæ, centaurij minoris sing ʒ. j. s. agarici ʒ. iij. symph. hyperici, pedis columbini, herbæ roberti singul. m. j. cort. pini ʒ. ij. rosarum rub. & anthos sing. pug. s. mel. ros. col. quart. j. irrorentur omnia vino albo & distillentur in alembico. plumbeo & aqua illa stillatitia bis in die iniiciatur.

Caries verò cùm magna fuerit, nihil

caute

cauterio præstantius esse potest: Citò enim ac tutò, in summo & in profundo quoq; exiccat. Obseruandum tamen vt in ferro ignis vires metiamur, pro cariei magnitudine & profunditate. Sæpe enim vidimus ob vehementiorem ignem cauterij, tardiùs os cariem expulisse, ac se, vt aiunt, corruptione spoliasse. Quòd si caries profundior adhuc fuerit, post vsum primi cauterij, vt ea faciliùs decidat, terebra erit multis foraminib⁹ aperienda, vsque ad os sanum & integrum, donec cruoris aliquid appareat: in eáq; foramina demittēda cauteria, vt os siccetur optimè: vel ea erūt aqua forti implenda: hoc enim modo os exiccabitur, ac paulatim cariem expellet: sub eáque carnem generabit natura, ne sanum os externo aëre iterum corrumpatur: denique caries excidet, & nullus aut exiguus humor inde postea effluet. Post applicatum cauterium tribus primis diebus vt eschara decidat, rosaceum calēs cum oui albumine infundendum, aliis tribus diebus sequentibus, digestiuum ex oui vitello & rosaceo, deinde butyrū cum melle. Reliquo verò curationis tempore, ossis caries & corruptio aqua sequenti contingetur.

R.

R. aquæ vitę ter distillatę & aquę ros. singul. ℥.iij. sublimati ʒ.j. bulliant lento igni ad sublimati dissolutionem & in phiala vitrea aqua seruetur ad vsum dictum: Post vsum aquæ proderit sequens,

R. aristol. rotūdæ, cort. pini sing. ʒ.iij. radicis peucedani & arundinis sing. ʒ.ij. agarici albi & tartari sing. ʒ.j. s. euphorbij ʒ.j. rediganturin puluerem tenuissimum, quo respergatur os cariosum: Vel puluis mel. excipiatur: vel misceatur vn guento regis & melli, vel vnguēto ægyptiaco, ac leniatur os cariosū post vsum aquæ precedentis: deinde superponatur emplastrū diachalciteos, vel diuinum, vel sequens quod cariem educit, detergeat, ac carnem gignit quorum vsu nunquam fui frustratus.

R. corticis ouorum, ossium humanorum & panni combustorum & in puluerem redactorum sing. ʒ.ij. radicis peucedani, lumbricorum similiter puluerisatorum singul. ℥.s. emplastri de gratia Dei, diachyl. communis & picis nauales sing. ℥.ij. commisceantur, fiátque massa emplastri & applicetur, post ablutionē & vsum puluerisseu linimenti nouissimè descripti.

Denique

Denique caries seu ossis corruptio, si ad medullam vsq; peruenerit: hoc vnicum est remedium, vt os integrum præscindatur, nisi fuerit in capite coxendicis vel spina dorsi, quibus in locis præstat vti cura fucata.

De vlceribus malignis, quæ cacoëthe vocantur. Cap. IX.

CVm vlceribus huiusmodi mederi volumus, primo causæ est occurrẽdum, siue sit plethora, siue cacochymia, siue cachexia, siue intemperies totius, vel partis alicuius internæ, vt hepatis, lienis, ventriculi, vel partis vlceratę, aut varix, aut labiorum vlceris durities, aut partis affectæ imbecillitas iamdudum contracta ex humoris mali affluxu, aut causis prædictis. Causas verò tollemus iuxta earum naturam, tum ratione victus, tum venæ sectione, tum purgantibus, tũ tollentibus partiũ intemperiem, quæcunque sit illa & in quacunq; parte: de intemperie verò partium exulcerata rum, iam in superioribus diximus, frequenter in huiusmodi vlceribus, ac in multis quoque aliis vsum gaiaci præscribo felici successu post purgationes vniuersales, in reliquis victus debet constituí in vsu eorum quæ succum lauda-

tum, humoréſque bonos pariant & humori qui vlcus fouet aduerſentur, de totius corporis purgationibus habes in methodo ſuperiori de tumoribus curandis, habes etiam de varicibus: de intemperie verò partium internarum conſulendus medicus. Quod ad topica pertinet malignorum ac difficilè cicatricem recipientium vlcerum, ſummus curationis ſcopus eſt vehemens ac citra morſum exiccatio, quam repellentia ac diſcutientia efficiunt. Oportet enim quòd influit reprimere: quod verò iam parti inhæret, atque infixum eſt, diſcutere. Ad hunc ſcopum perficiendum conferunt ariſtoloc. cortex rad. capparis. malicorium, radix panacis, ſarcocolla, vitrum combuſtum, teſtæ piſcium vſtæ. Proſunt quoque metallica omnia vſta & lota vt cadmia, calchitis vſta & lota ſub canicula & cũ aceto trita, antimonium, diphryges, plumbũ vſtũ & lotum, ſquamma æris & ferri, ſcoria plumbi, ærugo raſilis vſta & lota, omnia aluminis genera, terra ſigillata.

Habenda quoque erit ratio corporũ. Nam in mollioribus, ea lota eſſe oportet: duris verò quædá ex iis ſine periculo poſſunt illota admoueri, quòd ſenſus

in

in iis ſit obtuſior.

Primò autem abluentur ac fouebuntur vlcera decoctione aſtringentium & aluminoſa aqua, vt in ſequenti præſcripto patet,

R. ſucci agrimon. ſolani, plant. ſin. ℔ß. s. vini albi ʒ.iiij. aluminis crudi ʒ.iij.s. auripigmẽti ℈.s. albumina ſex ouorum, agitentur ſimul & diſtillentur, ac vlcus ea aqua ſtillatitia bis quotidie lauetur, ac foueatur: Prodeſt quoque eadẽ aqua vulneribus glutinandis. Poſtea,

R. olei roſacei ʒ.vj. ceruſæ ʒ.iij. lithar. auri, lapidis calaminaris ſing. ʒ.j.s. tuth. præparatę, boli arm. ſin. ʒ.j. caphurę diſſolutæ in aqua roſ. ʒ.ij. olei de pap. ʒ.ij. cerę albę quantũ ſuff. fiat vnguentum.

R. olei roſ. & myrt. ſing. ʒ.ij.s. ſucci ſolani, plant. & ſemperuiui ſin. ʒ.j.s. ſebi hircini & vitulini ſing. ʒ.ij. ping. ſuillę liquefacta ʒ.iij. aluminis crudi, calcis tertiò in aqua extinctę & lotæ ſing. ʒ.vj. ma licorij, balauſt. myrobal. citrin. ſin. ʒ.vij. ærug. raſilis ʒ.v. ſcoriæ ferri ʒ.x. ſarco. ʒ. ij. contuſa omnia & ſimul mixta infundantur diem integrum, bulliant modicum, adde litharg. vtriuſq; ſing. ʒ.x. ceruſę ʒ.vj. plũbi vſti ʒ.v. antimonij. ʒ.j. caph. ℈.j. cerę quantũ ſuff. agitẽtur diligenter

in mortario marmoreo. Possumus quoque miscere argenti viui ʒ. j. Magis tamen proderit primò vti puluere mercurij, postea aqua superiori & denique vnguento.

De vlcere virulento, corrodente ac depascente. Cap. X.

HAec cùm inter se differant tãtùm in ratione maioris & minoris, eorum vlcerum eadem est curandi metho dus quæ in tribus consistit. Primò in victu frigido & sicco. Secundò in euacuatione materiei antecedentis, tum per venæ sectionem, si videbitur profutura, tũ per catartica medicamenta, quemadmodum dictũ est de Erysipelate atque herpete. Particulares quoq; reuulsiones cõferent, tum cucurb. cũ frictionibus, tum ligaturis partium oppositarum, cũ vnguento de bolo ad repellendam materiem influentem. Tertius scopus ad topica refertur quæ componũtur ex frigidis, siccis, astringentibus, ac discutientibus. Simplicia conueniẽtia sunt lentes, arnog. solanũ, summitates rubi, folia vlmi & pap. folia & fructus cydõ & myrti, balaustia, cortex granatorũ, galla omphacitis, acacia, bolus arm. cortex thuris, nuclei myrobal. mastiche, symphytũ, plumb

plumbū vſtū & lotum, ac metallica omnia ſuperiori capite ſcripta. Ex quibus omnibus fiēt fotus, linimēta, vnguenta, cerata & emplaſtra. Primò quidē nonnulli puluerem mercurij applicant, ad tollendam vlceris malitiam, ac corroſionem: quem volunt diem integrū in vlcere manere, ac ſuperponi vnguentum de minio donec vlceris malitia extincta fuerit. Poſtea verò vlcus lauāt ac fouēt & partes vicinas etiam aqua aluminoſa dicta præcedēti capite, vel ſequētibus.

R. ſucci rubi, ſumac, virgæ paſt. plāta. ſolani, acetoſæ, ſingu. quart. j. albumina ouorū ſex, aluminis in puluerē redacti ʒ. iiij. diſtillentur omnia in alēbico plūbeo. Alia aqua ſtillatitia, quæ prodeſt corrodentibus ac ſordidis.

R. ceruſæ, litharg. ſing ʒ. j. plūbi vſti, lapidis calamin. ſing. ʒ. s. boli arm. ʒ. j. s. ſang. drac. terræ ſigil. ſingu. ʒ. j. aluminis combuſti ʒ. s. calycū gladium, gallarum viridiū, baccarū myrti, pſidiæ, baulauſt. ſumac. ſingu. m̄. j. coriand. ſeminis plantag. ſin. ʒ. s. roſ. rub. pug. ij. bulliant omnia in aquæ fabrorum ſufficienti quantitate, & cùm omnia ſubſederint, vlcus ea aqua lauetur ac foueatur: hæc aqua mirum in modū ſiccat. Hæc omnia ſu-

mi possunt ad decoctionem vel aliqua exiis, quibus addere liberum erit aliquod ex valde frigidis, qualia sunt hyos cyamus, mandra. pap. si videatur magna intemperies calida cum vlcere coniuncta. Addi quoque poterit mel, ad detersionem, si ea vti velis in vlcere sordido. Vel,

R. aquæ plantag. & ros. singu. quart. j. aluminis ʒ. ij. sacchari ʒ. j. bulliant simul donec alumen ac sacch. liquefiant & lauetur vlcus: si addideris mel. ʒ. j. proderit quoque vlceribus sordidis. Vel,

aqua sublimati. R. aquæ plantag. ʒ. vj. sublimati ʒ. j. salis ammoniaci ʒ. j. s. salis communis ʒ. ij. aluminis ʒ. j. bulliant in phiala vitrea ad cõsumptionẽ quartæ partis: Possunt hæc quoque sumi æquali pondere, vt in ℔. j. aquæ plantag. ponantur ʒ. ij. singulorum: liberũ erit hac vel illa aqua vti, vt profuturum existimabis.

Post vlceris ablutionem admouendũ vnguentum de minio, vel de plũbo, vel vnguentum rubrum cũ caphura, vel vnguentum album cum caph. vel vnguentum de pompholige. Vel,

R. vnguenti de plumbo ʒ. ij. vnguenti pop. ʒ. ij. succi plã. ʒ. j. alb. oui. j. agitẽtur diligenter in mortario plumbeo. Vel,

R.

R. tuthiæ preparatæ ʒ.s. plumbi vsti & loti, ceruſæ lotæ ſingu. ʒ.j. nutriantur in mortario plumbeo cum aqua plant. deinde adde boli arm. & terræ ſigil. ſing. ʒ. ij. olei roſ. & ceræ albæ quãtum ſuff. fiat vnguentum.

aut,

R. litharg. ʒ.iij. olei roſ. & aceti quantum ſuff. ad mixtionẽ. Si addatur nonnihil ceruſæ, magis conueniet cancroſis diſpoſitionibus: Melius quoque erit ſi plumbum in vino albo maceratũ addideris: Si verò adiunxeris nucẽ cupreſſi, tuthiam, bauracem, æs vſtum, antimonium, proderit vlceribus, quæ difficilè ad cicatricem ducuntur.

Aut,

R. olei roſ. & myrt. ſing. ʒ.ij. ſucci clymenon depurati ʒ.ij.s. ſucci plantag. ʒ.j. ſebi hircini ʒ.j.s. aluminis vſti ʒ.j. lithar. auri & argenti ſing. ʒ. j. ſcoriæ ferri ʒ.ij. puluerizentur tenuiſſimè, ac ſimul coquantur iij. horas: deinde adde ceræ albæ ʒ.j. terebin. ʒ.vj. denique mercurij ex arte extincti ʒ.iij. caph. ℈.j. ærug. raſ. ʒ.j. & fiat vnguentum.

R. ceruſæ, litarg. boli arm. terræ ſigil. & lapidis calamin. ſingu. ʒ.j. ſantali albi & rub. baccarum myrti & roſ. rub. ſing. ʒ.ij. ſeminis pap. mandrag. hyoſc. ſing. ʒ. j. olei roſ. & vio. ſing. ʒ.iij. ceræ albæ tan-

tundem, caph. ʒ. j. miſce, ac fiat ceratum.

R. olei roſ. & myrti ſing. ʒ. ij. ſucci clymenon. ʒ. iiij. ſucci plant. ʒ. ij. pingued. vituli ʒ. j. s. foliorum caprifolij & clymenon. ſin. m̃ j. coquantur, herbis priùs tritis, ad ſuccorum conſumptionẽ: ſubinde addantur lithar. ʒ. ij. minij ʒ. j. caph. drac. j. maſtiches ʒ. s. ceruſæ, antimonij, plumbi vſti ſing. ʒ. v. ceræ albæ quãtum ſufficit, fiat ceratum. Plurimùm quoque iuuat plumbi lamina, dies aliquot in aqua aluminoſa macerata, argento viuo confricata & foraminibus aliquot pertuſa. Vlcus huiuſmodi ſi iis medicamentis non vincatur: ſed magis magíſque ſerpat, cauterio erit vtendũ, vel ſequenti medicamento cauſtico.

R. ſublimati ʒ. ij. s. vnguenti pop. vel dialth. (quod multum ob pinguedinem, ſublimati acrimoniam reprimit) ʒ. j. miſce: aut ſublimatum cum vnguento albo miſceatur. Poſt eſcharę caſum vtere vnguẽtis de calce & de pomphol. ſimul mixtis æquis partibus: vel vtere præcedentibus.

De ſordido ac putri vlcere.

Cap. 11.

VLcus ſordidum ac putre requirit vi ctus rationem, venæ ſectionem & pur

purgationem, quemadmodum diximus de phlegmone, carbunculo & gangręna. Post purgationem etiã vſus gaiaci optimus iudicatur: vt corporis recrementa exiccentur & per ſudores eiiciãtur nec tam facilè in locum affectum influant.

Topica quæ huic affectui conueniũt, ſimplicia ſunt farinę hord. fab. cicerũ, orobi, lupinorum ariſtoloc. iris, hypericon, centaurium minus, cuius ſuccus cũ melle paratur maximè ad vlcera ſordida penis & ani, marrubiũ, gentiana, abſynthium, apium, mel & omnia amara, ſalſa, nitroſa. Ex quibus fiunt lotiones, linimenta, vnguenta. Sordes abluenda hydromel. œnomel. vel aqua marina, vel lixiuio ex ℥. iiij. cineris caulium & corticis fab. cum aquæ pluuiæ ℔. j. vel ℥. iiij. lixiuij mellis ℥. j. & pulueris precipitati. ℈. ij. Vel lauandum vlcus decoctione rhois, balauſt. cort. myrobal. citrin. roſarũ & mellis, cui addere poterimus alumen. Animaduertendum tamen ne in vlcere ſordido imprudenter aſtringẽtibus vtaris, quandoquidẽ ea ſorditiem magis impingunt: efficiũntque vt poſtea difficilius detergeatur & educatur: vel lauabis lixiuio, in quo diſſolutũ ſit ægyptiacum: deinde vteeris ægyptiaco

solo, vel mixto cum vnguento regis pro sorditiei magnitudine: vel vsurpabis sequens mundificatiuum ac detersorium optimum, R. succi apij & mel. cõmunis sing. ℥. iiij. tereb. ℥. ij. pulueris ireos exiccatæ ʒ. vj. farinæ hord. ʒ. iij. fiat vnguentum. vel,

R. succi absynthij, apij & plant. sin. ℥. ij. farinæ hord. & orobi sing. ℥. j. s. tereb. ℥. j. mel. quart. j. fiat vnguentum, adde myrrhæ ʒ. iij. Quod si myrrha detracta, oui vitellos addideris, vomicæ apertæ præstans erit remedium. Vel,

R. succi centaurij minoris ℥. v. succi apij. ℥. iij. succi plant. ℥. ij. mel. ℔. s. tereb. ℥. ij. far. hord. & orobi sing. ℥. ij. pulueris iridis ℥. s. bulliant succi cum melle: deinde adiice farinas: cúmque mixtionem ab igni subtraxeris, adde terebinth, & iridẽ. Huic quoq; scopo confert vnguentum de resina, vel vnguentũ fuscum Nicolai, vel vnguentum apostolorum, vel vnguentum de gummi, vel vnguentum diapompholig. cum puluere mercurij: id enim admodũ deterget. Prosunt etiã emplastrũ de gratia dei, emplastrum diuinum, emplastrum rubrũ gręcũ bis coloratum ex Galeno ij. ad Glauconẽ: nam detergunt, pus crassum à fundo vlceris

ad

ad ſuperficiem attrahunt & oſſa putrida & corrupta. vel,

R.galb.opopan.bdellij. ammon.ſing. ℥.j.ceræ nouæ ℔.j.olei roſacei vel communis ℔.ij.reſinæ ℥.iij.litharg.auri ℔.j. s.olibani,myrrhę,aloës,thuris,maſtich. ariſtol.rot.ſingul.℥.j.s.ſtyrac.calam.℥.s. ſucci beton.verbenæ,caprifol. plāt.pim pinel.cynogl.ſin.℥.j.lapidis hæmat.ʒ.ij. ærug.raſilis ℥.j.gummi aceto diſſoluātur:lithar.cum oleo, cera & reſina coquatur & tandem iniice æruginis raſilem ac reliqua.

Sordes ſi in putredinē degeneret, vlcus oxycrato vel muria eſt abluendum: deinde ex carnibus piſcium ſalſorū, farina orobi,ariſtol.longa,ſcylla,& mel.in vino coctis,forma emplaſt.eſt applicanda:vel vnguentū ægyptiacum,quod etiā in profundum vlcus,diſſolutum lixiuio, vel decocto ſuperiori, vel œnomelite poteſt iniici. Optimum etiā eſt Auicennæ medicamentum quod recipit tragaganthi rubri (auripigmentum vocant) ℥.j.calcis viuæ, aluminis,corticis mali punici ſing.ʒ.vj.thuris,gallarum,ſing.℥. s.ceræ & olei ſing.quantū ſatis erit, fiat vnguentum. Dum autem vehementioribus vtimur ad deterſionem in ambitu

vlcer

vlceris, admouendum est vnguentum de bolo & pulvilli ex stupis oxycrato imbuendi ad vitandã inflammationẽ, quæ dolore accersitur: ea enim vehemẽtiora, dolorem excitant & inflammationem. Porrò si vlcera eiusmodi depascentia, partes adiacentes magis ac magis erodant: medicamentis malignis vlceribus propriis indigebunt, ac nonnunquã excisione eius quod putre est atque corruptum. Id autem fiet ex ferro ignito, vel acri medicamento: qualis est trochiscus asphodel. & troc de arsenico, vel sequẽs causticum, quod intra horam valenter penetrat: minorémque dolorem adfert, quàm arsenicum sublimatum,

R. calcis viuæ ℔. ij. cineris ilicis, caulium & fabarum, ac tartari sing. ℔. j. soldæ ex qua fit vitrum ℔. s. axung. vitri quart. j. cũ capitello ex quo fit sapo: omnia dies septem mixta maneant: postea colentur & coquãtur ad duritiem lapidis, aut ad sufficientẽ crassitiẽ & exiccationem: adde si vis saponis mollis ʒ. j. hoc medicamentum non modò ad carnem assumendam vtile, verumetiam ad fistulosas durities consumendas. Possumus etiam vti aqua sublimata, superiori fol 326 capite descripta, quæ sine magno dolore

cor

corrodit, ac ſanat oris, aliarúmque partium vlcera. Vel ſequens capies in forma ſolida, quo poterunt turundæ ſeu penicilli formari.

R. tereb. lotæ ʒ. s. ceræ albæ ʒ. ij. liique fiant ſimul, poſtea adde ſublimati ʒ. j. agitentur donec refrixerint. aut,

R. ſublimati ʒ. j. ſang. dra. ʒ. ij. fiat puluis quo aſpergatur vlcus: vel excipiatur bombace qui ſtylum inuoluat, eóque contingatur vlcus: vel etiam vena ex qua ſanguis profluit: eſt enim cauſticũ & aſtringens. Denique ad curationem gangrænæ ac ſphaceli eſt confugiendũ. Multa quoque ex capite præcedẽti huc ſunt referenda.

De profundo ac ſinuoſo vlcere.

Cap. XII.

PRofundi ac ſinuoſi vlceris curandi methodus expetit victus rationem, aliáque vniuerſalia pro corporis & humorum diſpoſitione: videndúmq; num dolor, intemperies, vel aliud ſimile, vlcus foueat. Semper enim cauſæ tum efficienti tum fouenti quãtum fieri poteſt obſiſtendum. Quod ad topica, pars affecta eſt ita collocanda, vt vlceris orificiũ ſupernè deorſum tẽdat, ſícq; facilè ex ſe ſe pus effluat: ſi id fieri nõ poſſit, aut ab

ori

orificio ad fundum vſque vlcus ſcinden
dum: maximè quando cauitas eſt cuti
proxima: aut ſi imminens periculum id
prohibeat, in fundo eſt aperiendū: ac ſe-
to aliquis à ſuperiori ore ad inferius eſt
traducendus, qui ſit vnguento detergē-
te oblitus: id quoque ſi commodè fieri
non poſſit, in ſinus & cauitates fieri de-
bent iectiones ex detergētibus & ſic-
cātibus. Proderūt itaque oxymel, œno-
mel, ex vino aſtringente, aqua alumino-
ſa cū melle, lixiuiū, aqua marina, ægyp.
in lixiuio & mel. diſſolutum ac puluis
mercurij, vt capite præcedenti dictum
fol. 329. eſt iniectus, R. aquæ plant. peculi roſ. &
caprif. ſing. ʒ. ij. vnguēti ægypt. ʒ. j. s. fiat
iniectio. vel. R. aquæ plāt. & peculi roſ.
ſing. ʒ. iiij. vini albi ʒ. ij. aluminis vſti ʒ.
s. bacc. myrti & aloës ſingu. ʒ. j. fiat inie-
ctio. vel, R. hord. integri, pug. j. s. cæte-
rac. agrimon. ſing. m. j. cētaurij minoris,
abſynthij. ſingu. m. s. coquantur in meli-
crato, ac fiat iniectio. Cúmq; vlcus ſatis
ſupérq; deterſum videbitur, vtendū ſe-
quenti ad ſubſtantiam regenerandam,

R. hord. pug j. s. rad. ireos, ſol. oliuæ,
plant. agrimon. ſingul. m. s. coquantur in
aqua: & in col. lb. s. diſſolue mellis roſ.
col. ʒ. ij. myrrhæ ʒ. ij. s. thur. maſtich. fin.

dr. j.

dr.j.fiat iniectio. vel,

R.decoctionis hord.ℏb.j.mel. ros.col. ʒ.iij.sarcoc.ʒ.ij.myrrhæ, thuris sing.ʒ.j. vini ʒ.vj.bulliant ad tertias: quibus interdum aliquid aloës addi potest.

R.farinæ hord.& lupinorum sing.ʒ.j. mel.ʒ.iiij.thur.mast.sing.ʒ.myrr.ʒ.s tereb.lotæ ʒ.j.s.olei hyperici quantū satis est,fiat vnguentum: vel aliquod ex dictis admoueatur. Postea sequens ceratum applicetur,

R.nitri tenuissimè puluerisati quart.j. aquæ ros.ʒ.ij.s.bulliant simul lento igni ad crassitiē semper agitando:postea adde tereb.& olei veteris sing.quart.j. ceræ quantum sufficit, iterum coquantur agitādo semper baculo & fiat ceratum.

Commodè etiam superponetur emplastrū de minio,vel apostolicum chirurgicum,vel diacalchiteos,cui ad exiccationem & astrictionē augendam,miscere poterimus nonnihil calchitidis, corticis granatorū & gallarum omphacitidum, in puluerem redactarum. Interea partes vicinas muniemus medicamēto partim repellente,partim discutiēte:vel fouebimus sequēti decoctione, R. calaminti,origani, saluiæ,matricariæ, absynth.& rorismarini sing.m.j.chamæm.

stæch.

ſtæch.& roſ.rub.ſin.pug.j.nuces cupreſſi x.ſalis ℥.ij.aluminis ʒ.x.mel.℔.j.bulliãt in lixiuio & vino auſtero ad tertias & fiat fotus: vel capite alia aſtring.vt ſumac.plant.balauſt.herb.roſa.myrt.& in vino coquito. Admouẽdæ etiã turundæ plumbæ in formam cannulæ, vt pus efluat & ligatura exprimens cũ pluuillis & ſpongia in orificio, vt pus veluti ſugendo & attrahendo, vlcus ſiccius reddatur.

De fiſtula. *Cap.* XIII.

VIctus ratione inſtituta & corpore diligenter purgato iuxta humorũ naturã, partes internæ ſunt roborandæ, ac ſequens decoctum in potu exhibendum: eſt enim probatum atq; expertum ab authoribus in huiuſmodi affectu.

R.oſmũdæ regalis (filix mas Dioſcoridi dicitur) ſcrophulariæ ſing.partẽ.agrimo.& centaurij.minoris ſing.partes ij.ariſtol.& gẽtianæ ſing.partis s.rad.filicis partem, philipendulæ partes ij.coquantur in vino albo, addendo facch. quantũ ſufficit & decocti derur quotidie manè cyathus vnus: poteſt eidẽ decocto gaiacum addi. Poſteaquam etiam callus erit ablatus, proderit vſus lign. ſancti in vino vel aqua cocti habita ra-

tione

tione virium & humorum & vt magis minúſue voles exiccare.

In topicorum vſu conferunt iniectiones, vt in ſinuoſo vlcere dictum eſt: vel fiat decoctio ex rad. filicis, agrimon. & foliorum oliuæ, in qua ægypt. diſſoluatur, vel vnguentum apoſtolorum, vt neceſſarium videbitur. Vel,

R. lixiuij ex cineribus braſſicæ & cort. fabarum ʒ. iiij. cui adde mel. roſ. ʒ. j. s. aluminis ʒ. s. bulliant modicũ: deinde accipe decocti ʒ. iij. pulueris præcipitati ʒ. s. fiat iniectio: aut vtere aqua ſtillata ſterc. humani. aut,

R. tereb. ʒ. j. thuris ʒ. ij. maſt. aloës, caryoph. galangæ, cinamomi, nucis muſc. cubeb. croci ſing. ʒ j. gũmi hederæ ʒ. vj. irrigẽtur vino albo & aquæ vitæ, ac diſtillẽtur: & aqua ſtillatitia iniiciatur in fiſtulã. Poſt iniectionẽ admoueatur vnũ ex emplaſtris dictis, vt emplaſtrũ diuinum, vel de gratia Dei. Quidam iubet fiſtulã helleboro imꝑleri: ſicq; tres dies fieri: cùm tamen ſemel id feciſſem in fiſtula ſpinæ dorſi proximè cordis regionem, frequens accidit ægrotanti lipothymia: Proinde id remedium minimè tutum puto, maximè ſi fiſtula ſit in aliqua thoracis parte. Fiſtula ſi recens fue-

rit, dictis remediis curabitur. Si verò inueterata, eiúsque orificium angustum: ipsum erit dilatandum penicillo, vel turunda ex gentiana, vel trochiscis de minio, vel spongia quæ sequenti modo præparabitur,

R. ceræ, resinæ ana ʒ.j. sublimati ʒ.j. vel ʒ.j.s. liquescat cera cũ resina, postea adde sublimatũ: imbue spongiam ea mixtione, statímque eã extrahe, ne comburatur: ac prælo exprimè diligenter. Cùm orificium fuerit satis dilatatũ, fistula est extirpanda, vel acrioribus medicamentis, vel excisione, vel cauterio, vel in fundo incidatur & postea applicetur cauterium.

Medicamenta quæ absumunt fistulam sunt trochisci asphodel. auripigm. rub. sublimatum, aqua sublimata antea descripta, arsenicum, vel trochisci de arsenico, qui recipiunt arsenici ter aut quater succo solani vel mandrag. irrigati & toties exiccati ʒ.ij. Quo verò tempore ea applicantur, vlcer. ambitus erit muniendus vnguento de bolo, ne dolore excitato sequatur inflammatio.

Quando tutum non est fistulam exscindere, nec cauterium applicandum videtur: fient acres iniectiones: inter quas

quas ſequens eſt à me probata,

R. vnguenti ægypt. ʒ.ſ. ſublimati ʒ.ſ. arſen. ℈.j. lixiuij. ʒ.j. aquæ roſ. ʒ.ij. aquæ plant. ʒ.iiij. bulliant ad tertias & fiat iniectio tribus diebus: factáque iniectione vlceris orificium claudatur cera vel bõbace, vt intus remanẽs melius agat, & fiſtulam abſumat: vel vtendum aqua forti, ſeu cauſtico ſuprà deſcripto. Poſt vſum cauterij, vel medicamentorum aliorũ danda opera vt eſchara decidat, vſu medicamentorum iam ſæpe dictorum. Poſteaquã callus erit ſublatus: abluatur vlcus mulſo, vel aqua decoct. eruicum mel. deinde,

R. tereb. in aqua vitæ lotæ ʒ.iij. ſuccorũ apij & cynog. ſing. ʒ.vj. mel. roſ. col. ʒ.j.ſ. fiat decoctio ad mediam ſuccorum cõſumptionem: Poſtea adde ariſtol. rot. ʒ.ij. farinæ lupini ʒ.ſ. Quod ſi adiunxeris radices peucedani & ireos myrrham & ſarcocollã proderit carni regenerandæ. Reliqua erunt obſeruanda, vt in vlcere profundo.

Quando cõgruum non videbitur exſcindere callum, nec vti cauterio, nec acribus medicamentis, tantùm ſupererit cura ſucata, fiet verò frequenti purgatione humoris pituitoſi, ac melan-

cholici & topicis moderatè exiccantibus: admouendúmque emplaſtrum diachylon ireatum, vel diachalcitos.

De cancro vlcerato. Cap. XIIII.

CAncri vlcerati curá di methodus in victu & purgationibus, eadem eſſe debet, quæ in cancro tumore præſcripta eſt. Topicorũ in vſu, Si cancer ſit in externa & ſumma corporis parte: quíque poſſit ſuis cũ radicibus tutò extirpari, nouacula eſt abſcindendus totus: ac ſanguis craſſus ex ſingulis venis vicinis exprimẽdus, vt notus effluat: Poſtea vlceris labia adducenda & in reliquis curandũ vlcus vt alia: alij medicamentis cauſticis: alij autẽ cauterio abſumunt: ſunt qui poſt exciſionem & venarum expreſſionem cauterium applicant. Inter medicamenta cauſtica arſenicum hac in re principatũ obſtinet, vel cauſticũ ſuprà deſcriptũ, ſed tunc loca vicina vnguẽto de bolo munienda ad vitandã inflãmationem. Poſtea danda opera, vt eſchara decidat: & in reliquis procedendum, vt in aliis vlceribus: Cæterùm ſi cancer magnus & qui altas radices egerit: vel ſit proximè partem principẽ, vel in parte interna, vel ægrotus exciſionem pati non poſſit, ob virium imbecillitatem, vel

vel timorem: aut si ex hac curādi ratione deterioris mali periculū immineat: abundè satísque fecerimus, si cancri incrementum impediamus, tum proba victus ratione, tum purgātibus humores aduſtos ac melācholicos ídque leniter, tum ropicis exiccantibus ſine vlla mordicatione. Sequēs potio plurimùm commendatur: qua vtendum erit nouē dies ante exciſionem, ſingulis verò diebus capiet ex ea ad vnc. ij. & in cura fucata etiam proderit.

R. rad. tapſi barb. & ſcrophul. ſing. ʒ. ij. filipēd. ceterac. herbæ roberti, agrimon. tormentillæ, ſcabioſæ, caryophyllatæ, linariæ ſin. m̄. j. ſeminis vrticæ ʒ. iij. florum ſamb. & roriſmar. ſingu. pug. j. fiat decoctio, in qua diſſoluatur ſacc. quantū ſufficit ad ſaporis iucunditatē: fouebis autem affectum altera parte decoctionis: poſtea magma applicabis in formā cata plaſmatis: volunt enim id maximè dolorem ſedare. Sequētia cancri augmentum prohibent inter topica, ſuccus ſolani & acetoſæ ac ſimiles, vel aquæ ſtillatitiæ earum herbarum: plumbum, antimonium, & alia refrigerantia & ſiccantia, vnguentum album, vnguentum de litharg. vnguentum de plumbo pul-

uerisato cum vino albo aut succo acetosæ, vnguentū de pomphol. aut ea misceatur cum herbis in decocto scriptis: quæ quadam proprietate conferunt, aut cum aquis quæ caphuram recipiūt. Sequenti aqua vlcus non sine fructu potest lauari.

R. succorum solani, semperuiui, acetosæ, scabiosę, caprifolij, tapsi barb. scrophul. filipend. plantag. linariæ, agrimon. singu. ℔.s. succi omphacij ℔.j. carnis limacū, ranarū & cancrorū fluuiatil. sing. ℔.s. albumina ouorum vj. aluminis ʒ.iij. caph. ʒ.j. distillentur omnia in alembico plumbeo, eáque aqua stillatitia locum foueto & pannum in ea immersum superponito: ea enim aqua censetur optima.

R. vnguenti põphol. quart. s. vnguenti albi ʒ.ij. litharg. & plumbi vsti & loti singul. ʒ.s. succorum scabiosæ & solani sing. ʒ.ij. olei omphacini, vel de ranis ʒ.iiij. agitentur in mortario plumbeo donec fiat linimentum liuidum. vel,

R. tuthiæ præparatæ, ceruſæ lotæ, plūbi & litharg. lotorū, coriād. prępărati. amyli sing. ʒ.s. cerę albæ ʒ.ij. olei ros. vel de ranis ℔.j. muccag. seminis psyllij cū succo scabiosæ, herbæ roberti, linariæ, tapsi

bar

barbati extractæ ℥.iij.misce, ac fiat vnguentum in mortario plumbeo. vel,

R.cerusæ vstæ & quinquies in aqua ros.lotę, plumbi vsti & loti sin.℥.j. tuth. pręparatæ ℥.s.litharg.nutriti ʒ. iij. succorum solani, semperuiui, hyoscyami sing.℥.j.lactis seminis pap. cũ aqua ros. extracti ℥.ij.lactis mul.℥.j.ol.ros.℥. iiij. ceræ albæ ℥.j.fiat vnguentũ ex arte.aut,

R.succi foliorũ tapsi barb.℥. iiij. mel. ℔. s. pulueris spongiæ bedegaris ʒ. iij. pulueris malicorij & ossium myrobal. singul.ʒ.ij. bulliant ad consumptionem succi,deinde pulueres iniiciantur.

Nonnulli lauant quotidie vlcus vino in quo tapsus barbatus coctus sit:alij aquis solani,plant.ros. cortice myrobal. cũ modico aluminis aliquantulum coctis. Postea succum solani in mortario plũbeo agitãt,donec linimẽti consistentiam acquirat & applicant ac liniunt.

R.plũbi vsti & loti ʒ.iij.antimonij pariter loti ʒ.ij.põphol.℈.iiij.cerusæ ʒ.j.s. caph.ʒ.j.lapidis hęmat. vtriusq; coralli sing.℈.ij.cineris cancrorum fluuiat.ʒ.ij. succorũ plant.& solani sing.℥.ij. ol. ros. ompha. vel de ranis quantum sufficit, ducantur in mortario & pistillo plumbeis,donec linimenti habeant crassitiẽ.

De vlcere verminoſo. Cap. XV.

AD vermiũ in vlceribus generationem prohibẽdam, humiditatem & putredinem ex quibus generantur, tollas oportet. Vermes verò interficies ſuccis vel decoctis abſynth. eupatorij, centaurij, marrubij & ſimilium medicamentorum amarorum: idem efficit ſuccus foliorum & florum perfici ipſa quoque trita & admota. vel,

R. olei de abſynt. ʒ. ij. ſucci abſynt. ʒ. vj. pulueris cumini, dictamni, aloës, ſin. ʒ. ij. ceræ quantum ſufficit coquantur, ad emplaſtri craſſitiem: quo vti poteris, quacunque in parte ſint vermes. Millefolium quoq; laudatur ad vermes enecãdos, tam in brutis, quàm hominibus, cuius datur ʒ. j. in vino ad vermes ventris occidendos, ídque pueris: grandioribus verò maior datur quantitas. Iniectiones eædem fiunt ad vermes aurium occidendos.

De combuſtione. Cap. XVI.

COmbuſtio ſi ſit magna, victum tenuẽ & alia vniuerſalia requirit iuxta humorum in corpore dominium. In topicis, Ariſtot. j. problem. ſentit partẽ vſtã paulatim igni offerẽdam, vt calor, caloré attrahat & bullæ non excitẽtur:

alij

alij eadem ratione admouent cępe cum ſale. Cõmunia verò ſunt remedia aqua roſ. vel ſolani vel end. cũ oui albumine diu agitata: acetum quod miſceri ſolet, non probo, ob acrimoniam. Proſunt etiam vnguentum album & rub. cum caph. albumine oui & aqua roſ. nã bullarum generationem prohibent. vel,

R. butyri recẽtis, vel olei ſæpe loti ʒ. iij. vnguenti popul. ʒ. j. s. oua ij. miſce & fiat forma linimenti: vel miſce ſuccos ſolani & ſemperuiui, oleum viol. & cerã ac fiat linimentum: aut aquam in qua calx extincta fuerit capito & cum oleo nucũ prius cocto, donec craſſeſcat agitato & locũ ſeptẽ dies oblinito: eſt em̃ prę ſens remediũ. Exactis verò vij. diebus.

R. olei nucũ cocti ʒ. ij. ceræ ʒ. s. agitentur ſimul. Aliud quo vtendũ & ante veſicularum generationem & ipſis apertis.

R. vnguenti albi cum caph. vng. pop. ſing. ʒ. ij. muccag. ſeminis cidon. in aqua roſ. extractæ ʒ. j. s. fiat vnguẽtum. Si ardor magnus videatur: adde muccag. ſeminis pſyllij & oleum de nymph. Aliud eſt vnguẽtum de calce, cuius antea meminimus: quo libenter non vtor in facie: quia cicatricem nimis contrahit.

vel, R. calcis lotæ ʒ. j. ceræ albę ʒ.

s. olei ros. ʒ. iij. sterc. columb. vsti ʒ. ij. aquæ ros. ʒ. j. albumen oui. j. Si opus est detersione, vtendum sequenti,

R. tereb. lotæ in decocto hord. ʒ. ij. syr. ros. ʒ. iiij. myrr. & aloës sin. ʒ. j. far. hord. quantum suff. ad crassitiem. Deinde vt cicatrix elegans inducatur,

R. diachyl. communis ʒ. ij. vnguenti popul. & olei ros. sing. ʒ. ss. mucilag. seminis cydon. in aqua ros. extractę ʒ. iiij. vitellos ij. fiat vnguentum.

Inducta cicatrice quotidie ipsam oleo de vitellis ouorum oblinito. Sequens etiam laudatur ab Aëtio post combustionem ad vlceris replerionem.

R. olei ros. ʒ. viij. olei ouorum ʒ. ij. vitri albissimi tenuissimè puluer. ʒ. j. cort. medij samb. m. j. cerę albę ʒ. j. s. coquantur simul ac fiat vnguentum.

VLCERVM PARTICVLARIVM SANATIO.

De capitis vlceribus. Cap. XVII.

CApitis vlcerum curatio nō differt à præscripta methodo: siquidem corrodentia corrodentium, & putrida putridorū methodo curantur: nisi quòd externa capitis cutis, valenter exiccantia

tia ob ſuam naturalem temperiem deſiderat. Si adſit caries cranij, quomodo ſit agendum, antea dictum eſt.

De achoribus ſeu tinea. Cap. XVIII.

HIc affectus victus ratione tenuem & quæ humori tum phlegmatico, tum melancholico aduerſetur, deſiderat. Nec minus humorum euacuatione partim venæ ſectione ſi vires & ætas permiſerint, partim medicamentis purgantibus, de quibus in cœdem. & ſcirrho egimus. Quia tamen repetenda purgatio, proderit ſequens opiata.

R. caſſiæ & cathol. ſing. ʒ. s. triph. perſicæ ʒ. j. myrobal. ind. & citrin. confricatarum oleo amygd. dulc. ſing. ʒ. ij. ſennæ orient. ʒ. iij. ſyrupi viol. quantum ſuffiat opiata.

Poſtea properandum ad topica remedia. Primò itaque radendum caput, vel tondendum frequenter ſexque diebus lauandum decocto ex fumar. oxylap. foliis hederæ, oleaſtri, ſalicis, ficlæ, acetoſæ, herbæ roberti: Vel lixiuium ex cineribus ſarmentorum vitis, fraxini & braſſicæ conficito: in quo calament. & fol. lauri ſing. m. j. chamæm. melil. ſtœch. ſin. pug. ij. coquito & quinque aut ſex dies caput lauato. poſtea,

R. olei

R.olei laur.& de ſemine lini ſing.ʒ.ij. pingued.ſuill.æ ʒ.vj.rereb.ʒ. ij. pulueris apij riſus ʒ.j.s.hellebori albi & alumi-nis vſti ſing.ʒ.ij.erug.raſilis & auripig. ſing.ʒ.j.fiat vnguẽtum:tamen acria illa medicamenta vlceribus non ſunt admouenda. vel,

R.nuces communes cum corticibus aſſas xx.alumin.vitreoli,ſing.ʒ.s.lithar. ʒ.ij.cinabrij ʒ. s. olei iuniperi & nucum ſing ʒ.ij.reſinę & picis quantum ſuff.fiat linimentum quo caput raſum & panno aſpero ad ruborem vſque priùs fricatum liniatur.

R.emplaſtri oxycrocei ʒ.j. ceronei ʒ. ij. ammoniaci, vino albo diſſoluti ʒ. s. fiat emplaſt.quod capiti applicetur.Nos verò caput tonſum melle illinimus:pulueremreſinæ ſuperaſpergimus, poſtea placentam ex farina triticea in formam pilei applicamus:& exactis octo diebus pilos euellimus:vnguentúmque ſequẽs vſque ad integram curationem admouemus.

R.aluminis vſti,vitreoli ſing.ʒ.j. ariſtol.æruginis raſilis ſing.ʒ.s.picis nauallis ʒ.ij.axung.equi ʒ.j.butyri veteris ℔. j.miſce ac fiat vnguẽtum, quo vngatur caput poſt præcedentium vſum. Hæc enim

enim curatio tutior est, ac minorem affert dolorē, quam sæpe sum expertus.

Ad pilorum generationem.

Habenda ratio causæ defluuij nū ex cutis raritate, num alimentorū defectu, num humorum corruptione, vt in morbo gallico: Si cutis raritas, moderatè condensanda, si alimēti inopia, vberiùs alendum. Cùm verò ex corruptis humoribus, præscribenda victus ratio conueniens, purgandum corpus pro humoris natura, cutis capitis est detergenda: deinde in topicis hæc conferunt,

R. cinerū capillorū veneris ʒ.j. ladani puri ʒ.iij. myrrhæ ʒ.ij. pulueris abrotani vsti ʒ.s. olei sesamini, olei myrt. sing. ℥.ij. vini rub. ℥.j. aceti ʒ. vj. adipis vrsi & anseris sing. ℥.s. ceræ quantum suff. fiat vnguentum ad loca depilata. vel,

R. sterc. muris, cineris apum partes æquales & cum oleo ros. fiat vnguentū: vel succi chelidoniæ & sanguinis muris quantum vis capito sub dio exiccato: postea cum vitello misceto & vngito.

R. mellis ℔. ij. cineris abrotani ʒ. ij. apum vstarum ℥.j. pollytrici m̄. iiij. ladani ℥.j.s. omnia trita & in vino rubro nouem dies sub dio macerata, distillentur in vase duplici.

De

De oculorum vlceribus. Cap. XIX.

VLcerum eiuſmodi curationẽ aſſequeris victus ratione & euacuationibus, omnibúſq; vniuerſalibus remediis dictis ca. de ophthalmia, pro natura humorum corporis. Topica modicè citráq; dolorẽ ac mordicationẽ detergentia ſunto: vt quæ propoſita ſunt cap. de vulneribus oculorum: quemadmodũ ſyrupus roſ. mel. virgineum, ſaccharum candum, aloë lota, myrrha.

Ad glutinandum capies tuth. præparatam, collyrium de plumbo, collyrium album ſine opio: quæ tenuiſſimè trita ſunt diſſoluenda aquis roſ. plant. caudæ equinæ; vel lacte caprino, vel muliebri. Multæ tamen medicamentorum tam ſimplicium, quàm compoſitorum formæ ab autoribus traduntur: quas parum profuiſſe ſæpè ſum expertus.

De fiſtula lachrymali. Cap. XX.

PRæmiſſis atq; præſcriptis victus ratione, purgatione aliiſque vniuerſalibus; optimum eſt in principio cùm fiſtula nondũ eſt confirmata, capere lanuginẽ quæ in radice arundinis reperitur: qua vlceris cauitas replebitur, vſque ad integram deterſionem. Proderítq; collyrium ex thure, ſarcocolla, aloë, ſang. drac. balauſt.

balaust. antimon. alumine mixtis ad partes æquales, quibus addes quartam partem floris æris, ac conficies collyrium cum aqua pluuia. Ego tamen nihil præstantius sum expertus sequenti,

R. aquæ vitæ, seu vini optimi & mel. ros. col. sing. ʒ. j. myrrhæ ʒ. ij. fiat linimentum quo manè & vesperi locus liniatur: Ammoniacum etiam aceto dissolutum & cum ærugine rasili fistulã lachrymalem absumit: Cum nulla adhuc subest ossis caries, sed tantùm caro callosa absumatur vnguẽto ægyptiaco vel puluere mercurij, vel asphod. postea detergatur, ac caro regeneretur. Quando verò fuerit ossis caries, vtendum cauterio: præstat enim medicamento causticò: Formã verò cauterij, magnitudo cariei indicabit: in cuius vsu oculo est prouidendum admoto bombace imbuto albumine oui & argẽteo cochleari superpositò. Fistula inueterata vix curatur, ob magnam cariem: si curata verò fuerit, adhuc tamen ex oculo lachrymæ effluent, ob carnem canthi absumptam.

De nasi vlceribus. Cap xxi.

IN curatione vlceris nasi quod phagedænicũ est vel cãcrosum (alij noli me tangere vocãt) nonnulli, vbi victus rationem

nem & cathartica præscripserint, quemadmodum dictum est de curatione cancri, vtuntur cauterio: alij causticis medicamentis veluti sequenti, quod capite de polypo scriptum est: aquam vitæ tertiò distillatam cum arsenico albo æquis partibus miscero: mixtionem in vmbra exiccato: altero die, tertio & quarto iterum aquam vitę instillato & sub dio siccato: puluerem facito: quem cum æqua mellis quantitate dum vti voles, miscero: Vel spõgiam in aqua arsenici macerato & addito tantillo olei de euphorbio, applicato: Nam carnem putrem separabit: volunt tamen iis vtendum esse tantùm in principio. Idque prudenter agendum: sæpe enim corrodentium vsu vlcus deteriùs habet, vt experientia docet. Cùm verò cancer est confirmatus, satiùs fuerit vti curatione fucata. Si verò præseruare velis, aut vlcus fucare: victus rationẽ præscribito, in qua omnia acria, quæq; sanguinẽ calfacere possunt vitato: Verno tẽpore venam aperito: cathartica purgãtia, humores vstos & melãcholicos p̃parato: qualia sunt quæ diximus, cap. de cãcro rumore. Sequens quoque opiata erit in vsu bis in mense,

R. catholi. ʒ. j. confect. hamec. & diasennæ

ſennæ ſolutiui ſing.ʒ.s. elect.de pſyllio, de citro & de ſucco roſ.ſing.ʒ.iij.ſyrupi viol.quantum ſuff.fiat opiata, qua vtatur bis in menſe. Topica quæ in vlceris virulenti ac cācri curatione dicta ſunt, ac de tumore naſi huc referantur:valēt quoque ſequentia,

R.aquæ roſ.plant.& ſolani ſingu.ʒ.ij. myrobal.citr.& balauſt.ſing.ʒ.ij.aluminis ʒ.s. bulliant modicum, colentur & vlcus lauetur. deinde,

R.olei roſa. ℔.j.olei myrt. vnguenti roſ.Meſuæ,vnguenti pop. ſing.ʒ.ij. ſuccorum plant.ſolani & ſemperuiui ſing. ʒ.ij.bulliant ad ſuccorum conſumptionem:tandem adde lithar.auri ʒ.v.tuth. præparatæ ʒ.iij.ceruſæ lotæ ʒ.x.plumbi vſti & loti ʒ.vj. caph.ʒ.j.ceræ quantū ſuff.In mortario plumbeo horam vnam agitentur. vel,

R.olei roſ.ʒ.v.ſuccorum plant.ſolani ſemperuiui ſing.ʒ.j.mali punici contuſi ʒ.ij.tuth.præparatę ʒ.s.plumbi vſti & loti,ceruſæ lotę,litharg.& antim.lotorum ſing.ʒ.iij.ceræ quantū ſuff.agitentur diligenter in mortario plumbeo. vel,

R. olei amygd. dul.recentium, ſucci vtriuſque granati,ſucci ſolani ſing.ʒ.j.s. vnguenti de plūbo ʒ.ij.agitētur in mor-

tario plumbeo, fiat vnguentum. vel,

R. butyri bubulini loti, succi semperuiui singulorum partes æquales: agitentur in mortario plumbeo, donec fiat forma vnguenti: id maximè dolorem lenit feruoremque remittit.

Si vlceris labia intumuerint, applicetur puluis mercurij loti diligentissimè.

De oris vlceribus. Cap. XXII.

VNiuersalia primùm pro natura humorum præcedant. Deinde topica præscribantur quæ de vuulę affectibus dicta sunt. Si vlcus corrodens & ab humore calido & acri, sequens proderit.

R. mel, ros. col. ℥. j. succi mali punici vel emphacij ℥. ij. aquarũ plant. ros. seu aceto sæ sin. ℥. iij. misce, fiat gargar. Si vlcus ab humore pituiteo: colluat os vino albo cum modico aluminis vsti. Admoueatur etiam vlceri aqua sublimata. Iuuat quoque sequens decoctio in gargarismate & collutione oris, à quocunque humore sit vlcus: Calyces glandium, nuces cupressi, folia oliuæ, sumac, plantaginem, saluiam, rosmarinum, lentes & rosas coquito: ac modicum aluminis vsti & mellis quantum videbitur, vel saccharum adiungito: ósque frequenter colluito: Aut oliuæ folia cum succo mali punici

nici & melle ad colluendum coquito. Si magna putredo adsit, addunt ægyptiacum. Si vuula corrosa, stylo bōbace inuoluto & aqua forti imbuto locum vlceratum contingito, deinde os decocto rerum præcedentium colluito. Oris vlcera si à morbo venereo fuerint purgatio præcedat: tenuiter viuat cū decocto gaiaci, vel vngatur, vt illa lues requirit: internæ partes confirmentur: Vlcus collutione detergeatur & ad cicatricē ducatur: denique humorum defluxus à cerebro cohibeatur. In topicis bis quotidie aqua sublimata superiùs descripta, bombace excepta vlcus contingito. vel,

R. aquę ros. & plant. sing. ʒ. ij. sublimati ʒ. j. bulliāt in phialavitrea, donec sublimatum dissoluatur. Postea æger os colluat sequentibus,

R. aquæ decoct. hord. quart. iij. aquæ plant. & mellis ros. col. sing. ʒ. iij. fiat gargarisma. vel,

R. hord. pug. j. lentium pug. s. corticis granat. ʒ. s. foliorū oliuæ, sumac, myrt. lentisci, balaust. sing. m. j. fiat decoctio: in col. ℔. ij. dissolue syr. acetosæ simpl. syrupi ros. & diamoron sing. ʒ. ij. s. succi mali punici ʒ. iij. mellis ros. col. ʒ. ij. clarificetur & fiat gargarisma. vel,

R. aquę plant. ℔.s. mel. roſa. col. ʒ. iij. ſyrupi myrtini & cydoniorū ſin. ʒ. j. ſucci mali punici ʒ, ij. fiat gargariſma. vel,

R. fol. oliuę, ſumac, myrt. plant. agrymoniæ, ceterac, pilloſellæ ſing. m̄. j. hor. integri pug. j. cort. mali punici ʒ. s. balauſt. & roſ. rub. ſing. pug. j. berberis ʒ. ij. fiat decoctio in aqua ciſternæ & in ℔. ij. coll. diſſolue mel. roſ. col. ʒ. iiij. ſucci mali punici ʒ. ij. dianucum ʒ. ij. s. miuæ cydoniorum ʒ. j. miſce & fiat gargar. Aut, ſuccus pilloſellę cum vino & melle ſumatur pro collutione: id enim eſt optimum. Obſerua verò initio magis eſſe detergendum, deinde aſtringendū, procedendo à mitioribus ad valentiora. Deinde ad cicatricem inducendam vtere ſequenti,

R. pulueris roſ. balauſt. gallarum, myrobal. citrin. ſing. ʒ. ij. cyperi ʒ. s. miſceto, ac inſufflato, vel potiùs ſtylo bombace inuoluto admoueantur: Nam dum pulueres in os inffluantur, periculū eſt, ne in aſperam arteriam ingrediantur, tuſsímque vehementem excitent. Denique ad defluxionem ſiſtendā conferent ſequentia.

R. ammoniaci, galb. ſingu. ʒ. j. piſtillo calido extendantur in forma emplaſtri: quod

quod occipiti est admouendum.

R. auripig. ʒ. j. myrrhę, thuris, mastic. sing. ʒ. ij. suffitus communis ʒ. ij. ac cum tereb. fiant trochisci ad suffiēda capitis ornamenta in cubiculo ægroti clauso.

R. boli armen. ʒ. ij. gummi arab. trag. assatorum sing. ʒ. j. cort. thuris ℈. s. cum syrupo de ros. siccis, fiant formulę instar lupinorum quas noctu ore contineat & interdiu saccharum candum. Si vlcera fuerint in palato, diligentius est occurrendum. Cito enim tum propter humiditatem, tum caliditatem, tum ossis raritatem fit caries, osisq; corruptio: extrahi autem vix potest, nisi cauterio & noxa inde perpetua: quandoquidem loqui postea articulatè nūquam possunt, nisi concluso foramine quod remansit: Occluditur verò cera, sed melius argenteo instrumento concauo ad id comparato. Præterea cum osse palati os quoq; maxillæ superioris facilè corrumpitur: vnde dentes postea excidunt.

De aurium vlceribus. Cap. XXIII.

AVrium vlcera victus ratione & catharticis curanda, quemadmodum earum partiū tumores. Post purgationē si in cerebro supersit pituita, quæ vlcus fouere possit, vtatur sequentibus.

R. theriacę veteris ʒ.ij. ſtaphiſa. pyret. ſing. ana ʒ.j. maſtich. ʒ.s. fiant maſticatoria, quibus manè ante paſtum vtatur.

R. ſuccorũ anagal. mercurialis, ſampſuci, & meliſſę quantũ videbitur: & na. i bus frequenter attrahantur: decoctum quoque gaiaci confert in topicis: deter gentia, valdéq; ſiccantia pro natura par tis deſiderantur: Oleũ de vitellis ouorũ, cum melle & tantillo ſarcocollę eſt inſtillandum: vel cùm adeſt dolor vehemens, oleum de vitellis ouorum ſolùm agitetur in mortario plumbeo, donec fiat fuſcum ſeu liuidum, poſtea inſtillentur in aurem. vel,

R. aquæ decoct. agrim. & abſynt. ℔ s. vini albi & mel. roſ. ſing. ʒ. ij. inſtillentur tepidè. vel,

R. ſucci mali punici dulcis, ſucci polygoni & virgę paſt. ſin. ʒ. ij. mel. roſ. ʒ. j. s. coquantur & in auré immittantur, ſiquidem vlcus recens fuerit, ea ſufficiẽt: ſed in vlcere antiquo ac ſordido opus eſt maiore deterſione: Ideóq; diſſoluatur ægyptiacũ: Poſt aliquã deterſionem poteſt addi myrrha. Poſſunt etiã diſſolui trochiſci andronij in aceto & inſtillari: Eorum verò compoſitio hæc eſt,

R. balauſt. ʒ. ij. aluminis ʒ. j. atramenti

sutorij ʒ.ij.myrrhæ ʒ.j.thuris, arist.gal. singu.ʒ.ij.salis ammoniaci ʒ.j.excipiantur omnia melicrato & fiant trochisci. Scoriam ferri quinquies vino austero extinctam & exiccatam, terito & cum butyro recenti & vsto in formam linimenti misceto.

R.vini austeri ℥.j.aluminis ʒ.j.liquefiant & eo vino aluminoso imbuantur panni quinquies, atque exiccentur & ex eis fiant turundæ, quæ illinantur præcedenti linimento & admoueantur.

R.succorum polygoni & hederę sing. ℥.j.pomphol.lotæ, in aqua ros.& plant. quantum videbitur: misce & in aurem instillentur.

De axillarum & inguinum vlceribus.

Cap. XXIIII.

IMprimis victus ratio & alia vniuersalia instituantur, pro dispositione vlceris & humorum, corporisque natura. In topicis verò, cùm hæc vlcera frequēter sint profunda & sinuosa cum labiorum duritie, iniectionibus detergentibus & siccantibus erit vtendum, vt antea dictū est de similibus vlceribus. vel,

R.lixiuij tonsoris ℥.vj.mel.℥.j.pulueris pręcipitati ʒ.iij. misce, ac fiat iniectio: quæ in vlcere horas xij.retineatur:

Postea iniiciantur lixiuiũ cũ melle ros. vel decoctum hord. cum sacch. vel œnomel, vel valentiora: ad deterſionem prodeſt mundificatiuum de apio, ad partem roborandam ſuperponantur ſtupę vino auſtero imbutæ. Si orificium anguſtum fuerit, ſpongia vt antè dictum eſt præparata dilatetur, vel radice gẽtianę. Si labia dura, renouentur ferro candenti, vel medicamento cauſtico.

De pectoris vlceribus. Cap. XXV.

PEctoris vlcera curãtur victus ratione, venę ſectione, purgatione, pro vlceris & partis affectæ diſpoſitione, ac corporis & humorum natura, pro quibus omnibus recurrendũ ad tumorum curationẽ. In potu, Guido propinat decoctum virgæ paſtoris cũ melle: Alij aquam ſtillatitiã agrimonię quotidie ad ciathũ offerunt: Alij rhab. puluerisati & mummię ſing. ʒ. s. cum aqua conſolidæ præbent. Quæ non penetrant in partem internam thoracis vlcera, curanda ſunt, in capitibus vniuerſalibus dictum eſt. Quæ verò penetrant, ſi anguſtum habeant orificium, ipſum eſt dilatandum, vel ſpongia præparata, vel radice gentianæ, quæ filo appendatur: ne in thoracis cauitatem incidat: dandáque opera

vt

vt pus foras adducatur: ne in thoracis cauitatem prolabatur. Vbi nullum ob partes internas periculum imminet, accipito calchanti ʒ.j. mel. ros. ʒ.ij. misceto & cum spongia vtitor: Si adfuerit inflammatio, admoueatur vnguentũ ros.

Iniectiones in cauitatem fiant ex melicrato, vel œnomelite. vel,

R. radicis asari, gentianæ, arist. ireos, sing. ʒ.j. fol. agrimon. penta. pedis colum bini, ceterac, centaurij minoris, hyperici sing. m̃.j. myrrhæ ʒ.s. fiat decoctio in æquis partibus aquæ & vini albi, & in col. ℔.ij. dissolue mel. rosa. col. ʒ. vj. ac fiat iniectio.

R. succi apij ʒ.iiij. succi agrim. absyn. plant. crassulę sing. ʒ.ij. succi cynogl. ʒ.j. far. hord. & fab. singu. ʒ.iij. mel. ʒ.iiij. terebint. lotę in aqua plant. ʒ.ij. pulueris thuris ʒ. s. myrrhæ ʒ.j. olei ros. & ceræ albę quantum suff. fiat vnguentum.

R. vnguenti regis ʒ. iiij. pulu. ireos, aristol. myrrhę & aloës sing. ʒ.j. fiat vnguentum sarcotic. vel,

R. pulueris rad. arundinis & peucedani sing. ʒ.j. s. thuris, mast. myrrh. singu. ʒ. ij. pulueris ireos & aristol. sing. ʒ.j. cortpini ʒ.j. s. vnguenti comitis ʒ.iij. mel. rosa. col. quantum suff. fiat linimentum.

De ventris inferioris vlceribus.

Cap. XXVI.

VEntris inferioris vlcera, quę in cauitatem non perueniunt, curãtur methodis vniuersalibus dictis pro natura & specie vlceris.

Quæ verò penetrant in partes contentas, cura fucata sunt tractanda, potiùs quàm vera, quemadmodũ thoracis vlcera in penitiores partes penetrãtia: siquidem ea in fistulã sępenumero abeunt: quę aut rarò, aut nunquã curatur.

De pudendi vlceribus. Cap. XXVII.

PEnis & pudendi vlcera desiderãt victus rationem, sępe venę sectionem & purgationem, iuxta corporis & humorum naturam, maximè si sint magna. Quod ad topica verò, vlcera penis superficiaria siccãda aquę ros. & plant. sin. ℥ij. & trochiscorũ alborũ rasis ʒ.ij. aut aqua aluminosa, aut vnguento albo cũ caph. Aut vnguento de plumbo: aut puluere balaust. & bedegaris: vel puluere cucurb. siccę & vstæ.

Si vlcera recentia & virulenta, serpentia, ac corrodentia fuerint, admoueantur mineralia vsta & lota & aloë ac cortex pini. vel,

R. plumbi vsti & loti ʒ.iij. litharg. ℥.s.

la

lapidis hęmat.ʒ.j.aloës.ʒ.j.s.tuth.præparatę ʒ.ij.cort.pini ſicci ℈. iiij.ſeminis anethi cõbuſti,cucurb.ſiccę & vſtę ſing. ℈ ij. olei roſa. omphac. ʒ. iij. cerę albæ quantum ſuff.fiat vnguentum. vel,

R.corticis chamæm.vſtę ʒ.ij.gallarũ, balauſt.malicorij, acaciæ ſin.ʒ.iij.ęrug. raſ.ʒ.s.pomphol. aloës, thuris, ſarcoc. coral.rubri ſin. ʒ ij.s.fiat puluis tenuiſſimus:ac cum oleo roſ. & cera fiat vnguentum. Vlcera ſi fuerint putrida, & antiqua puluis mercur. aſpergatur, & foueantur aqua ſequenti,

R.aquę plant.ʒ.ij.vini albi ʒ.s.tuthiæ prępararę,ærug.raſilis vſtę ſing ʒ.ij.bulliant modicum:fouero vlcus, poſtea ſequenti pulu.reſpergito.

R.corticis thuris, aloës lotę, ſarcoc. myrrhę, gummi elenij ſingu.ʒ.s.anethi vſti ℈.j.corticis pini ℈.ij. tuthię prępararę,antimonij,plumbi vſti,ceruſę,ſing. ʒ.j.fiat puluis tenuiſſimus, adde ſangui. dracon.℈.ij.eo puluere vlcus reſpergatur. vel,

R.vitreoli alum.crudi & vſti ſin.vnc.s. auripig.ʒ.ij.aquę plant.& roſ.ſin.ʒ.iiij. aceti albi ℔.s.bulliãt ſimul,poſtea adde ęrug.raſilis ʒ.iij. foueatur vlcus. vel,

R.vini albi ℔.j. aquę plantag.& roſ. ſing.

fing.quart.j.auripig.ʒ.ij. floris æris dr.j. terantur tenuiſſimè: modicum bulliant & fiat collyrium. Nonnulli loco auripig. ponunt alumen vſtum: quod faciendum cenſeo in vlc. nõ admodum putrido. vel,

R. oua iiij. ad duritiem elixa: vitellos tere diligenter: affunde aquæ vitæ ℔.ij. adde aluminis ʒ.s. caph.ʒ.ij. ærug. raſilis dr.s. & facta colatura, linamenta ea aqua imbuta tertiò aut quartò quotidie admoueantur & miraberis effectum. Aliqui lixiuio cum melle primò vlcus fouent: poſtea lixiuio cum alumine vſto, deinde lixiuio cum oſtraciorum puluere, denique aqua vitæ cum puluere oſtraciorum. Poſt lotiones paulò antè dictas, laudant puluerẽ mercurij, vel ægyptiacum ſi vlcus ſordidum vel virulentum. Si verò gangrenæ periculum immineret, profundè ſcarificato & cauteriũ, vel medicamenta cauſtica admoueto: ac vlceris ambitum vnguẽto de bolo munito. Accidit etiam frequenter, vt penis vſqueadeò intumeſcat & maximè præputium, vt balanus vndique præputio obtectus videri non poſſit, nec vlcus inter balanum & præputiũ eſſe conſpicuũ, nec detergeri: atque cataplaſma tunc conficies ex decoctione maluæ, ſeminis lini,

lini,cui addes butyrum, ouum integrũ. Quod ſi cataplaſmatis applicatione non detumeſcat,nec balanus poſſit diſcoope riri & interea vlcus magis ac magis cor rodat(quod dolore percipies)tunc præ putiũ in longitudinẽ forficibus eſt inci dendum,vt vlcus in conſpectũ veniat & detergeatur. Si vlcus exiguum, ſufficiat fortaſſe iniicere collyrium dictum, vel aliud ex præſcriptis. Si vlcus maiuſcu lum, addes altero die collyrio aloës & myrrhæ ſing.partes æquales, altero verò puluerem mercurij.

Cæterùm ſi vlcus ita corrodat vt ad meatũ lotij perueniat & vrina effluat, eodẽ collyrio dicto cũ puluere myrrhæ & aloës curabitur:ſi verò iis non ceſſe rit,cauterium eſt admouendum. Dolor autem ſi premat, vnguentũ popul. cum ſucco ſolani,plãtaginis, ſemperuiui, fa rina hordei, oleo violaceo & oui albu mine admoueatur. Vlceri penis cancro ſo,cum labiis duris conferunt ablutio nes ſuperiores. vel,

R. vini albi cyathum,aquæ roſ.& plãt. ſing.cyathum mediũ,aluminis cocti dr. ij.mel.quart.j.roſ.pug.j.coquantur & ea decoctione locus foueatur: vel fiat in iectio, ſubinde applicentur vnguenta

dial

dialth. & aureum ad emolliendū. Postea puluis mercurij & ceratum de minio.

De vulua ac vteri vlceribus.

Cap. XXVIII.

VVluæ atque vteri vlcera experunt victus rationem & purgantia, pro vlceris dispositione atque humorū, corporisque natura, recrementa ad eā partem per vrinas minimè adducenda: nec aluus vehementer mouenda, sed vomitus etiam ad reuulsionem proderit: venæ sectio quoque nonnunquam erit ex vsu: denique vsu gaiaci post purgationem. Iuuabitque sequentis opiatæ vsus semel in hebdomade.

R. cassiæ recenter extractæ ʒ. iiij. tamarind. ʒ.ij. pulpæ prunorū & sebesten sing. ʒ.j. s. muccag. seminis psyllij ʒ.j. sennæ orient. ʒ.iij. anisi ʒ.s. liquiritiæ rasæ tenuissimè puluerisatæ ʒ.ij. cum syrupo rof. solutiuo, fiat opiata, de qua capiat semel in hebdomade instar nucis, cum decocto mercurialis.

Ad humorum præparationem.

R. ligni sancti ʒ.iiij. corticis eiusdem ʒ.j. s. infundantur in ℔.ij. aquæ bug. cichorij & absynthij, coquātur lento igni ad medias & in col. dissolue syrupi de fumo terræ ℔.j. capiat manè & vesperi

ʒ.vj.

ʒ.vj.vſque ad finem. deinde,

R.polypod.quercini recen.ʒ.s.paſſul. mundat.prunorum,ſebeſten ſing.par v. tamarind.drac.iij.ſennæ orient.ʒ.s.fol. mercur.& borag.ſing.m̃.s.flor.triũ com muniũ ſin.pug.s.fiat decoct.& in quart. j.colaturæ diſſolue confect. hamec.ʒ.ij. elect. diacart.drac.j.ſyr.roſ.ſolu.ʒ.ij.fiat potio quam ſumat abſoluta decoctione præcedenti.

R.cõſeruæ rad.bugl.ʒ.j.cõſeruæ cort. citri.ʒ.s.puluer.diamarg.frig.& diarho. abb.ſing.dr.ij.pulueris de gemmis dr.j. cum ſyrupo capil.ven.fiat opiata,de qua capiat bis vel ter in hebdomade, ſuperbibendo parum vini.

In topicis ea erunt vtilia quæ penis vlceribus conferre diximus:vtraq; enim valenter ſiccãtia ſine morſu deſiderant. In vlceribus vuluæ vteri vti poſſumus inſeſſionibus, ſuffitibus & fotibus, lotionibus & reliquis. in principio lauabitur vlcus, vel fiet iniectio ex ſero lactis cum ſacch. aut ex vino cũ mel.roſ. vel decocto hord.cũ ſyrupo roſ.& melle roſ.vel ſacch.roſ. vel,

R.hord.integri parum torrefacti pug. ij.corticis gaiaci ʒ.j.s.rad.ireos ʒ.j.paſſul.ʒ.j.myrobal.citrin.dr.ij.fiat decoctio

in

in aqua fabrorū & in ℔.ij. dissolue mel. ros. col. & syr. ros. sing. ʒ.iij. iniiciatur in principio, etiam dum vtitur syrupo humores præparanti. postea sequenti.

R. hord. integri modicè assi pug. j. ligni sancti ʒ.ij. pilloſel. ceterac. sing. m̄. ij. virgæ & bursæ pastoris singu. m̄. j. plant. & absynth. sing. m̄. s. cort. mali punici ʒ. j. sumac ʒ. s. ros. rub. pug. j. fiat decoctio in aqua, in qua plumbū extinctū fuerit & in ℔.iiij. dissolue mel. ros. col. & sacch. ros. vel syrupi de rosis siccis singul. ʒ.iij. & fiat iniectio post vsum præcedentis. deinde,

R. vnguenti pomphol. ʒ.iiij. ceruſæ lotæ, plumbi vsti & loti, antimonij, sin. ʒ. j. aloës lotæ, sang. dr. thuris, mastic. sing. ʒ. s. olei rosa. ʒ.iij. ceræ rub. ʒ.ij. fiat linimentum, quo illinātur pessi: vel dissoluatur in vna parte iniectionis superioris & iniiciatur. Si hæc vlcera ortū habeant à lue venerea eidē linimēto addi possunt ʒ.ij. hydragyri. Vulnera huiusmodi si sint virulenta, corrodentia & cacoēthe, statim in principio poterit admoueri puluis mercurij, vel idē puluis iniicietur cum decocto hord. cui parum aluminis sit permixtū: vel dissoluetur vnguētum ægypt. vel apostolorum,

vel

vel aliud ex mundificatiuis ſuperioribus, ſi vlcus ſordidum fuerit. Vbi verò ſatis deterſum videbitur, præcedentibus iniectionibus, ac linimẽto vtendũ, deinde aſtringentium doſis augẽda, vel pulueribus in linimento præſcriptis, vlcus reſpergatur ad inducendam cicatricem. Ad maiorem quoque exiccationem vtilis erit ſuffitus ſequens, maximè ſi cætera non profuerint.

R. corticis thuris ʒ.ij. maſtich. gummi, hederæ & iuniperi, ladani puri & hypociſt. ſingu. ʒ.s. auripigmenti rubri vel citrini dra.iij. cynabrij ʒ.j. vel vnc.s. excipiantur terebinthina & fiant trochiſci qui in ignem iniiciantur & per infundibulum fumum ſuſcipiant.

R. olei maſtich. ʒ.iij. olei de abſynth. & roſ. ſing. ʒ.j. ceræ parum, fiat linimentum, quo liniatur regio vteri, & dũ fiet litus addatur modicũ vini. Cum vlcera ſunt à lue venerea, viuere debent tenuiter cũ decocto gaiaci, vel vtẽdũ vnctionibus vniuerſalibus ex hydrargyro.

Si inflammatio ſuperuenerit, fouendum decocto hord. cum muccag. ſeminis pſyllij & cydon. iuiubarum, ſebeſten cum ſucco plant. portul. lacte bubulo, aqua roſcon albumine & ſacch. vel,

R.hord.integri, lentium ſing.pug.ij. portul.plantag.virgæ paſt.ſing.m̃.j. capita tria pap.roſa. rub.pug.ij.fiat decoctio in æquis partibus aquæ fabrorũ & roſ.& in ℔.ij.diſſolue ſyrupi de roſ.ſiccis ℥.iiij.trochiſcorum alborũ raſis ſine opio,vel cũ opio(ſi vehemẽs ſit calor & dolor)℥.s.croci ℈.ij.paſſi ℥.iij.miſce,fiat iniectio:cui addere potes vitellos ij.vel muccag.ſeminis pſyllij. Dolor acerbus leniendus eſt inceſſionibus ex vino in quo chamæm.melil.roſæ & alia anodyna coxerint.

Vlcus ſi cancroſum effectum fuerit, curatione fucata tractabitur.Itaq; tunc proderit & in omnibus vteri vlceribus decoctũ tapſi barbati & collyriũ præcedens. Poſtea parabitur vnguentum. ex ſucco ſolani in mortario ac piſtillo plũbeis agitato ad mel.craſſitiem.Potes vti aliis vnguentis acrimoniã humoris obtundentibus & exiccantibus, de quibus capite de cancro egimus.

De hæmorrhoidibus. Cap. XXIX.

HÆmorrhoidum curandarum ratio expetit victũ ſatis tenuem,ex iiſq; quibus laudatus ſanguis ſolet generari: maximéque vitanda acria & melãcholica ac craſſa:interdum vena erit ſecanda:

iecoraria: purgationibus assuescendum, quibus purgandi humores acres melancholici & crassi. De huiusmodi verò purgationibus & victu, recurrendum ad tumorum curationem. Cùm tamen fluere solitæ sunt & diutiùs retinētur: sùntque aperiendæ: commodè scalpello aperiantur, vel hirudine in cānula applicata loco prius tincto sanguine, vt hirudo citius pungat: vel aperientur litu ex aloë & felle bouis cum aceto: vel fiet suffitus ex decoctione calaminti, origani, maluæ in vino facta: deinde fiet cataplasma ex helleboro nigro mixto cum succo cepe aut lacte ficus: aut ex stercoris columbi ʒ.j. & succi thymali ʒ.j. s. præstantius erit, si addideris fel bubulum & pul. staphysag. vel cyclaminis: idem efficit folium ficus tritum.

R. fellis taurini, sterc. columbi singul. ʒ.j.s. seminis staphysag. dra. iij. amyg. amararū dr. j. colocynt. ʒ.s. succi cyclaminis & cepe sing. dr. ij. olei de absynth. & amyg. amararum quantū suff. fiat forma emplastri.

Cæterùm cùm hęc aperientia inducant interdū dolorem vehementē, & quia difficilè ab ægrotātibus perferatur, nullum aliud est cōsilium, nisi vt forficibus

incidantur si appareant, vt inde sanguis effluat. Interea tamen ad dolorem demulcendum, profuturus est fotus ex decocto altheæ, maluæ, chamæm. melil. seminis lini. vel,

R. maluæ, parietariæ, tapsi barb. chamæm. melil. singu. m̃. s. seminis lini ʒ. iij. fiat decoctio ad fouendũ anum. Postea vitellũ oui cum oleo ros. vnguento popul. opij, granis ij. & tantillo croci misceto & ano immittito. vel,

R. butyri recentis ʒ. j. olei de pap. ʒ. ij. succi solani sensim mixti ʒ. s. agitentur diu in mortario plumbeo: aut cepe assum cum butyro misceto: aut oleum de semine lini cum butyro & ouo: aut oleũ de vitellis ouorum: aut oleum de nucleis persicorum. aut,

R. olei de semine lini & butyri recentis sing. ʒ. s. sagap. ʒ. s. succi tapsi barb. & mali punici sin. ʒ. j. scarabeos vj. bulliant ad succi consumptionem & facta colatura vtere intus & extrà. Empirici quidã admouẽt scrophul. vel scab. aiũntque eas herbas etiam latas prodesse. aut,

R. olei lumbricorum ʒ. j. ouum j. opij ʒ. j. misce & cum bombace admoue. aut,

R. rad. tapsi barb. & alth. sing. ʒ. ij. chamæm. pug. j. s. coquantur: & adde vitel-

los

los ouorum elixatorũ duos, aloës, myrrhæ, croci sing. ʒ.j. farinæ seminis lini & fœnug. sing. ʒ.vj. butyri sine sale, quantum sufficit: fiat forma emplastri: cui si addas opij ʒ.j. erit præstantius. Quod si hæmorrhoides intus lateant, cucurbitulis sunt attrahẽdę: vel bombace immittendum vnguentum præcedens ex oleo lumbricorum ad dolorem sedandum.

Quando hæmorrhoides immoderatè fluũt: victus ratio est instituenda ex vsu astringentiũ & incrassantiũ. Cathartica quoque proderũt pro humoris natura: quæ tamẽ laxãdo relinquãt astrictionẽ, vt sunt myrobal. tamarindi, rhab. Proderit etiam vsus sequentis electuarij,

R. myrobal. embelit. indarũ & bellericarum lotarũ in aqua plant. donec amarorem exuerint sing. ʒ.s. rad. tapsi barb. ʒ.iij. zinzib. cinamomi, nucis musc. galangæ, olibani sing ʒ.j. spicę nardi, squinanthi, ameos sing. ʒ.s. scoriæ ferri præparatæ & in aceto coctæ ʒ.iij. conserue ros. veteris, succi de ribes & de berberis sing. ʒ.s. sacch. quantum suff. fiat elect. in in morsulos. In topicis, foueatur anus aqua chalybeata, in qua nuces cupressi, alumen vstum & alia astringentia coxeris & eorũ suffitũ excipiat: vel ex iisdem

fiat balneum, vel insessio. hyeme verò,

R. absynt. m̃. j. saluiæ m̃. s. matricariæ quartam partẽ m̃. j. contundãtur, in sartagine frigantur cum oleo ros. & in forma emplastri applicentur ano: intro verò immittatur vnguentum sequens,

R. ros. myrt. centinodiæ sing. ʒ. s. thuris dr. j. sang. dra. ʒ. ij. boli armenij terræ sigil. singul. ʒ. iij. tuth. præparatæ lithar. vtriusque sing. dr. j. s. farinæ volatilis & fab. sin. ʒ. ij. succi rapsi barb. caudæ equinæ, plant. symp. maioris singu. dra. iij. album. ouorum ij. omnia misceantur & excipiãtur pilis leporinis incisis in minutissima. vel,

R. psydiæ, balaust. conchillæ marinæ adustæ, pulueris pilorum leporis vstorũ, thuris, mastich. sang. drac. telæ araneæ, terræ sigil. singul. ʒ. j. s. misceantur cum ichthyocolla & glutine fabrorũ lignariorum dissolutis aqua pluuiali chalybeata, fiat emplastrum.

R. extremitatum ros. vnc. ij. albumina ouorum ij. lapidis hæmat. dr. j. gypsi ʒ. s. fiat emplastrum. Denique quæcunque immoderatum mensium fluxũ retinent, eadẽ & hæmorrhoides & præter medicamenta, omnia reuulsionum genera.

Rasis ad roborandum hepar, ipsius regioni

gioni admouet maſtichen, ſpicam, calamum aromaticum, cyperum, ſquinanthum, crocum & myrrham.

De ani fiſtula. Cap. xxx.

ANi vlcus fiſtuloſum, quod in carne eſt tantùm, ea methodo qua antea de fiſtula diximus curandum: nam præſcripta victus ratione tenui & laudata & medicamentis purgantibus potiſſimũ per ſuperiora ſi neceſſarium videtur, atque etiam venæ ſectione, orificium vlceris eſt dilatandum, ſubſtãtia calloſa abſumenda.

Quando verò in inteſtinum penetrat, digitus oleo roſaceo illitus in anũ immittendus, ac ſimul faceolus, qui fiſtulam incidat: eóque digito in anum immiſſo ita ducatur faceolus vt non erret ne calloſam ſubſtantiam incidendo, venas hęmorrhoidas etiam ſimul incîdat, inciſio autẽ magis mihi probatur, quàm calli detractio, quæ fit ligatura. Poſt inciſionem admoueatur albumen oui cũ puluere reſtrictorio: deinde digeſtiuum ex tereb. & oleo. Animaduertendum verô ne callus in inteſtinum vltra iiij. digitorum lõgitudinem penetret: alioqui curatione tantùm fucata erit vtendum, vel cùm ad veſicã, vel os ſacrũ peruenit

vltra ſphyncterem progrediens: ſiquidē incideretur ſphyncter, atque ſequeretur inuolūtaria fæcium excretio. Tunc itaque vino decoctionis tapſi barbati quotidie bis fouebitur, ipſumq; decoctum intrò iniicietur.

De fiſſuris ani aliarúmque partium.

Cap. XXXI.

FIſſuræ quacunque ſint in parte, oblinendę ſunt oleo de vitellis ouorū, vel de ſemine lini cū mellis tertia parte. vel, R.mel.roſ.col.ol.roſ.ſing.ʒ.j.ceræ citrinæ ʒ.s.myrrhæ & zinzib.ſin.ℨ.ij.litharg.ℨ.iiij.fiat vnguentum, ante cuius applicationem fiſſura madefiat ſaliua ægrotātis: prodeſt quoq; mammillarum & labiorū fiſſuris, quod experientia me docuit. Vel foueatur decocto ex radice altheæ & ſemine lini in vino & aqua. deinde,

R.olei de ſemine lini ʒ.j. ouum vnū, litharg.ʒ.ij.fiat vnguentum, quod lenit dolorem, ac mollit fiſſuræ duritiem.

R.olei amygd.dulc.olei de pap. ſing. ʒ.j.vnguenti albi raſis cum caph.ʒ.j.s. aloës, myrrhę, corticis thuris, aluminis ſing.ʒ.j.s.terræ ſigil.ʒ.ij. albumina ouorū ij.miſce, fiat vnguentū, quod tū fiſſuris, tū vlceribus ani erit cōueniens. vel,

R.mucca

R. mucc. ac. ſeminis lini extractæ in aqua maluarum ʒ. j. butyri recentis, nucū cupreſſi, ſeminis lini ſing. ʒ. s. cerę quantum ſufficit, fiat ceratum. Oleum quoq; lini ſolum, aut oleum nucum applicatum prodeſt.

De femorum, tibiarum & pedum vlceribus. Cap. XXXII.

EArum partium vlcera qualiacunq;, aut cuiuſcūq; ſunt ſpeciei, curātur methodis vniuerſalibus. Expetunt enim victus inſtitutionem, quandoque venæ ſectionem & cathartica medicamenta, prout exigunt tum corporis habitus, tū humorum qualitas, tum vlceris diſpoſitio ac ſpecies, de quibus cōſule quæ de tumoribus curandis fuerunt explicata. In topicis maximè huiuſmodi partium natura eſt animaduertenda, in quas ob ſitum, corporis totius excrementa facilè delabuntur: id verò potiſſimum erit cohibendum, tum vniuerſalibus, tum topicis, tum ſitu conuenienti: æſtate ea erunt lauanda aqua plantaginis, in qua aliquid aluminis ſit eliquatum: vngēda quoque vnguento de minio: & ſi rotūda fuerint, cauterio in aliam figuram adducantur, ac perpetuò partes quieſcant.

LIBER QVARTVS

DE FRACTVRIS ET luxationibus.

De fracturis. Cap. 1.

Fractis aliquot partib⁹, ad earum curationem quatuor nobis ſcopis eſt opus. Primus, vt oſſis fracti partes in naturalē formā reducantur.

Secundus, vt extrema oſſis fracti ad amuſſim coniuncta, ſic immota permaneant.

Tertius, vt os fractum ac reunitum poro ſeu callo agglutinetur.

Quartus, vt accidētia quæ ſuperuenire ſolent cohibeantur, aut corrigantur.

Primum ſcopum aſſequemur, cùm os tranſuerſim eſt fractum, atque ſua ſede depulſum, ita vt alterum ſuper alterum efferatur, cùm depreſſum, attollemus & ſublatum deprimemus, minimo quàm fieri poterit dolore. Ægro itaque pro rei

rei exigentia debitè collocato, duobus miniſtris iubebimus, vt manus apponãt fracturæ: quorum alter infernè ſurſum, alter verò ſupernè deorſum: vel alter à dextro in ſiniſtrum, alter in contrarium trahat. Si valentiori eſt opus intẽtione, ſeu extenſione, funes ac veluti habenas ex linteo firmiſſimo parabimus: quibus fractum membrum circundabimus: altera parte ſuperiorem fracturæ regionem, altera lintei parte inferiorem firmiter ligantes: atque iis funibus alter miniſter vnam in partem, alter in contrariam, vt dictũ eſt trahere conabitur. Cauendum tamen ab immoderata tenſione, præſertim in ſiccioribus corporibus: ne vehementiores dolores, febres, cõuulſiones, ac reſolutiones ſubſequantur. Cauendum quoque ne inter diſtendendum, aliquid oſſium extantiũ frangatur: quò fieret vt curationẽ difficiliùs aſſequereris. Vbi paulò longiùs mẽbrũ eſt extenſum, quàm naturaliter eſſe debet: ſenſim erit diſtenſio remittenda, ac manibus fracturæ admotis, oſſa in ſuas ſedes reducẽda. Hoc autem indicio, oſſa rectè conſtituta cognoſces, ſi dolor remittatur, ceſſétque pũctionis ſenſus. Alius oſſium reducendorum modus ab

Hippocrate

Hippocrate lib.de fracturis traditur per glossocomium, veluti iudicis sententia, tortores in quæstione reos extendunt: hic tamen nobis est familiarior & facilior. In luxationibus verò in quibus maiore vi est opus, eo interdū vtimur.

Secundum scopum perficiemus, si ossa coniuncta, vnitáque retinebimus, totum membrū vngentes ol. ros. calenti, vel myrthino, vel mastichino & aspergentes puluerem mastiches. postea,

R. boli arm. terræ sigil. farinæ volatilis sing. partes æquales: excipiátur albuminibus ouorum, ac stupis tenuibus & optimè pexis, oxycrato prius imbutis & expressis: quibus pannus lineus etiam oxycrato imbutus superponatur. Denique fascia molli sed firma, duob⁹ initiis obuoluta & oxycrato imbuta fractura tertiò aut quartò circūuoluatur: postea altera fasciæ pars sursum, altera deorsū ducatur & iterum in partem superiorē reducatur. Oportet itaque eam partem esse multò longiorem ea fasciæ parte, quę sursum mēbrum inuoluet. Fasciarū autem & longitudinem & latitudinem metiemur, pro fracturæ ac membri magnitudine. Sed interea prouidendum, ne nimis arcta, nimísque laxa sit ligatura.

Nam

Nam arctior dolorẽ & inflammationem excitat, alimentum ac vitalem ſpiritum communicari prohibet: excremẽtorum euaporationem impedit, laxior verò oſſa inter ſe coniuncta non ſatis retinet. Tamen in loco fracturæ arctior debet eſſe ligatura, quod cognoſcemus, tũ tactu noſtro, tum ægrotantis ſenſu. Poſt ligaturam ferulæ ſunt circumponendæ, etiam initio (tametſi nec Hipp. nec alij veteres eas admoueant ante diem ſeptimum) eas autem circũponimus initio, non vt conſtringant, alioqui & dolorem & tumorem accerſerent: aut præſentem exacerbarent, ſed vt adaptationẽ membri contineant: oſſáque ſedibus ac locis ſuis reſtituta, vtrinque fulciant. Principio itaque non ſunt arctius vinciendæ ferulæ, ſed expectandum donec à dolore & inflammatione tutus ſit ægrotus: tũcque erunt arctiùs vinciendæ. Sint verò ferulæ leues & planè æquabiles, ex tenui ligno, vel charta papyracea, vel corio. Quidam ferularũ loco arborum corticibus vtuntur, ſed nõ ſatis oſſa ſtabiliũt. Quod ſi ob membri inæqualitatem ferulæ non poſſint accommodari, partes magis concauæ ſunt ſpleniis implendæ & ferulæ ſtupa aut lana inuolutæ in

tæ in orbem, non minore quàm vnius digiti ſpatio inter ſeſe diſtantes, fracturæ ſunt accommodandæ, ac vinciendæ: vt ſedibus ſuis non dimoueãtur: cauendúmq; ne articulus aliquis & præcipuè flexus interior ab iis attingatur. Obſeruãdum quoque ſi dolor vel phlegmon adeſt, neq; eam deligaturã neq; ferulas applicandas, ſed membrum ſtupis oleo vel albuminibus, vel ambobus imbutis contegendum, ſatíſque erit, vt ligatura paululũ membrũ fulciat & medicamenta huic ſymptomati idonea contineat. Porrò vbi rectè membrum ligaueris, de appoſita figura eſt prouidendum. Ea autem eſt conueniens, quæ maximè abeſt à dolore: quæq; naturalis & conſueta & in qua diutiùs æger conſiſtere valeat.

Rectiſſimam figuram vocat Galenus, quæ venas, arterias & muſculos rectiſſimos habet. Figura angularis, brachio eſt rectiſſima. Ad membri itaque ligati cõſeruationẽ quidam panno lineo ſunt arctiſſimè ſtramẽ, inſtar puluilli & membrum in medio ſtatuũt & ligant: alij capſulam eodem vſu parant: Quando verò nec pruritus, nec dolor, nec phlegmone, nec vlcus, nec aliud ſymptoma adeſt, rectéque fractura eſt reſtituta: debẽt

&

& ligamẽta & ferulæ in diem quintumdecimum ſic permanere, fouendo interim membrum in circuitu oleo myrtino & maſtichino. Proderit quoq; vngere partem ſuperiorẽ membri defenſiuo noſtro, ſaltẽ primis diebus. Exactis diebus quindecim faſcias reſoluemus: partem vino decoctionis abſynthij & roſ. cum ſale fouebimus & rurſum medicamentis iã dictis vtemur aliis vij. diebus. Deinde poſtquam locum, vt dictum eſt, fouerimus, vtemur emplaſtro quod oxycroceum appellant. Quòd ſi aliquod ſymptoma ſuperuenerit, vel fracturam non rectè procedere arbitrabimur: tertio quoque die Hippocr. reſoluere faſcias iubet, atq; ſymptomati occurrere.

Tertius ſcopus ad calli generationẽ pertinet: quem victus ratione abſoluemus, paululum quàm in principio pleniore: vtatur verò cibis boni ſucci & qui multum nutriant (niſi vulnus adſit) & qui ſuccos craſſos & tenaces gignãt: tales enim ſunt poro efficiendo idonei. Proſunt itaque oryza, triticum eodem quo oryza modo paratum, extrema & inteſtina animalium, præſertim hædi & veruecis. Initiò autem victus debet eſſe tenuis. Nam vino & carnibus in diem

decimum

decimum est illi abstinendū, quo callus incipit generari. Cùm fractura est in partibus inferioribꝰ, rarò aluū mouemus, nec per clysteres, nec per cathartica: sed interdum venam secamus ad defluxionem cohibēdam. Callum plus iusto minorem adaugebit perfusio moderata aquæ modicè calentis & emplastrum ex pice, ac frictiones: hæc enim alimentum in partem affectam attrahunt. Quæ verò digerendi vim obtinent medicamenta, ea callos recētes iam effectos maiores ex Galeni sententia minuunt, veluti lamina plumbea superposita & arctè ligata & fricatio immodica, aut quę fit ex ol. & sale ac nitro, aut fotus multus ex aqua calēti & vomitus, ac tenuis victus.

Quartus scopus est in correctione accidentiū: inter quæ potest numerari iā dictū: accidit quoq; interdū cū fractura vulnus in carne: in quo diligenter considerandum, num sint aliqua ossium fragmenta, quæ pungāt, ea enim essent statim initiò eximēda & reliqua vt in vulnere contuso perficienda. Hippocrates fracturam cum vulnere eodē modo curat, atque eam quæ est sine vulnere: nisi quòd laxiorem efficit ligaturam in loco vulneris quàm si vulnus non adesset.

Plures

Plures etiam fascias applicat: quoniam laxiorem efficit ligaturam: tardius verò ferulis vtitur, ac victum tenuiorẽ præscribit. Si phlegmone oriatur, præsidiis ad eam rẽ efficacibus, vt in tumoribus diximus, vtendum. Si magna carnis contusio extiterit, ob quam impendeat gangrænę periculum: partem affectam scarificato: at si gangręna iam occupauerit: ad caput de gangręna recurrito. Ligatura ex Hippocratis sententia eadem non erit, quę in fractura absq; vlcere: sed nos fasciam ab vtraq; vlceris parte obliquè in longitudinem collocabimus ad similitudinem gręcæ literæ x. vt remaneat vlceris locus apertus, eiq; mederi possumus, fascias non resoluendo. Si superuenerit pruritus, vel pustulæ, aut membrũ liuescat, ob ligaturã arctiorem, vel sanguinem concretũ, admoueatur sequens vnguẽtum, quod roborat: inflammationem & dolorem prohibet.

℞. boli arm. terræ sigil. sing. ʒ. s. lapidis calaminaris, ceruse, litharg. sing. ʒ. j. santali albi & rub. sing. ʒ. j. olei ros. vel viol. ʒ. iij. cerę ʒ. j. s. caph. ʒ. j. fiat vnguentum: huic rei etiam prodest ceratum santalinum. Si pruritus augeatur ligatura est dissoluenda: párique aqua, aceto & sale

fouenda: postea vnguentū prescriptum, vel vnguētum album, vel pomphol. vel nutritum est applicandum. Cùm tumor ob cacochymiam succedet, vel cachexiam partis, sequentibus vtendum.

R. farinæ cicerum ʒ.j. balaust. acacię, licij, aloës sing. ʒ.ij. bdellij in aceto dissoluti ʒ.iij. olei chamæm. myrt. sing. quantum suff. albumen oui j. misce, ac fiat linimentum, vel forma pultis.

Quando membrum indecentem habet figuram, estque callus frangendus.

R. foliorum cicutę m̄. iiij. fiat decoctio qua foueatur pars, & folia terantur cum axungia suilla vel gall. fiátque cataplas. quod applicetur post fotum: hoc enim porum iam genitum mirū in modum emollit: adeo vt intra nouem dies facile frangi possit, ac commodè restitui membrum. In fine cōfert pannus lineus sequenti medicamento imbutus, quem spanadrap. appellant.

R. thuris, mastic. farinæ volatilis, boli arm. sing. ʒ.ij. ceræ & sebi arietini sing. ℔.s. resinæ ʒ.s. olei rosa. ʒ.ij. liquefiant cera & resina cū sebo & oleo & iis eductis ab igni pulueres iniiciantur, & fiat emplastrum. Vel panni immergantur & fiat quod vocant spanadrap.

Po

Porum quoq; molliunt decoctio capitis, pedum & inteſtinorum veruecis, corticis medij vlmi, radicis altheę, cum farina ſeminis lini, fœnug. chamęm. melil. quę coquantur in vino & aqua cuius fumum membrum recipiat panno coopertum: deinde foueatur eo decocto, & applicetur aliquot ex ſequẽtibus vnguentis vel emplaſt.

R. vnguenti dialth. & agrippę ſing. ʒ. j. olei chamæm. de lilio & amygd. dulc. ſingu. ʒ. ſ. olei laurini ʒ. j. pingued. gall. medullæ cruris vituli & vaccę, œſypi ſing. ʒ. ſ. muccag. ſeminis lini, & fœnug. ſing. ʒ. j. ceræ quantum ſuff. fiat vnguentum.

vel,

R. rad. alth. ℔. j. ireos & ſcyllæ, ſing. ʒ. ij. iuæ art. herbæ paral. cynog. ſing. ſm. j. coquantur, terantur, exprimantur & col. adde ping. gall. & anſeris ſingu. ʒ. ij. butyri recentis ʒ. j. ſ. axung. ſuil. ʒ. j. amurcæ, olei irini, & de lilio ſing. ʒ. ij. ceræ, terebin. gummi, hederę galb. ſing. ʒ. ſ. coloph. reſinę. ſingu. ʒ. j. fiat vnguentum.

vel,

R. olei laurini, maſtichini & muſtelli ni ſing. quart. j. olei irini, vulp. & tereb. ſing. ʒ. j. axung. aſinin. vel vitulinæ, taxi, cerui, vel ſuis ſingu. ʒ. ſ. aliptæ & gallæ

muſc. ſtyracis vtriuſque, bdellij, ſarcoc. cæſypi ſing. ʒ. s. ammoniaci, in aceto diſſoluti ʒ. j. fiat vnguentum. Alij vulpem in vino perfectè coquunt, carnes terũt, exprimunt & ſuccum cum vino iterum coquunt ad mellis craſſitiem & ℔. j. addunt maſt. caſtor. bdellij, myrrhæ, baccarum lauri ſing. ʒ. s. euphorb. ʒ. ij. & vnguentum conficiunt. aliud,

R. muccag. alth. ſeminis lini, fœnug. & pſyll. extractæ in ſucco braſſicę ℔. s. myrr. maſtic. ſing. ʒ. s. furfuris trit. & fab. ſing. ʒ. j. olei chamæm. quantum ſuff. fiat cataplaſ. Poſtremò confert ſuffitus, ex aceto in lapides molares, ac candentes iniecto, quemadmodum in ſcirrho ex Galeni ſententia, maximè quando durities ex antiqua.

Gloſſ

Gloſſocomij varia delineatio.




F
B

De luxationibus. Cap. 11.

LVxationum curandarum methodus, tot atque eosdem scopos expetit cum fracturis.

Primus est, vt luxatus articulus in proprium locum, naturalémque sedem reducatur.

Secundò vt articulus suo iam loco restitutus, in eodem persistat: neque deinceps sede excidat.

Tertius, vt affectum articulum omnibus modis à dolore ac inflammatione vindicemus.

Quartus est, vt reliquorum accidentium aduentum prohibeamus: vel si superuenerint, corrigamus. Primum scopum consequemur, si membrũ luxatum extenderimus: atq; quod os suo loco excidit, ab ea parte in quã prolapsum est, in contrariam impulerimus & in suum sinum reduxerimus. Non est autem in omnibus vna & eadẽ extendendi ratio: sed alia atq; alia pro natura luxatę partis & neruorũ, tendonũ & ossium dispositione, ac situ & articulatione. Modò enim solis manibus, modò iniectis funibus, vt de fracturis diximus: modò quibusdam machinamentis (quale est glossocomium) vtimur. Secundum scopum

perfi

perficiemus roborando ac confirmando membrum luxatũ, vnctione ex oleo roſ. myrtino vel maſtichino, ac poſtea pannus lineus roſaceo delibutus applicabitur, deinde ſtupę lenes ac pãni ouorum candido & puluere aſtringentiũ imbuti admouebuntur: poſtremò faſciis poſca madidis pro particulæ magnitudine longis latíſq; vtemur: Quinetiam ferulæ ex corio vel denſa papyro applicabuntur. Ita tamen vt arctior non ſit ligatura, ne dolor aut phlegmone accerſatur. Quibus omnibus certo ordine certáq; methodo peractis, membrũ debitè collocatum in ſeptimũ vel decimum diem niſi ſymptoma ſuperuenerit, ſic relinquetur. Cùm ſecundo, ægroto medeberis, aqua calenti membrũ fouebis, tum ad dolorem (ſi quis adſit) demulcendũ, tum quod in laborante particula coniunctum eſt diſcutiẽdum. Vbi ita membrum fouerimus, mox ei emplaſtrũ admouebimus ex puluere aſtringente & ouorum albuminibus: poſtea mẽbrum arctius ligabimus. Tertium ſcopũ perficiemus, ſi humoris in partem affectam influxum modis omnibus prohibuerimus: Si enim fluxio ſuperuenerit, ſtatim doloré ſentiet ac phlegmonẽ experie-

tur: quæ tũ in luxationibus tum in fracturis maximè vitanda sunt. Hęc autem vitabimus, si roborantia & repellentia parti admouerimus: ac initiò tenuem frigidámq; victus rationem prescripserimus, venámque si vrgeat necessitas secuerimus & aluũ, nisi liberè fluat, subduxerimus. Obseruandum tamen si antequam curationem auspiceris, pars luxata iam dolore aut phlegmone infestetur, non prius in locũ suum reducenda, quàm dolor cessauerit, & phlegmone cõ quieuerit: Proinde quicquid suo loco motũ est, ante phlegmonem est reponẽdum ex Hippocr. sententia. Porrò sedato dolore & finita omnino phlegmone pleniore victu laborãs refici potest, cibis; boni succi, ac moderato vini vsu. Sub finem verò curationis, si res ex animi sententia cesserit, luxatũ membrum perfusione decocti rosabsynthij & musci arboris quercini roborabis. Peracto fotu oxycroceum imponi potest, ac mẽbrũ ad suos vsus sensim, ac leniter æger poterit promouere. Quartus scopus docet qua ratione dolorẽ demulcebimus & phlegmonem moderabimur. Ad dolorem liniendum admouebimus lanã succidam, aqua, oleo & aceto calentibus

aut

aut tepidis imbutam. Ad phlegmonem cerata refrigerãtia & quæ de phlegmones curatione dicta ſunt, prohibendam, iuuabunt. Cæterùm ſi luxatis oſſibus vulnus quoq; acceſſit, multa diligentia & prouidentia eſt opus: dum enim hæc reponuntur, ingens periculum, nonnunquam etiã mortem afferunt. Nam cùm ex diſtentione adiacentes nerui & muſculi facilè inflãmantur, dolores acerbi, conuulſiones magnæ, ac febres acutæ oboriuntur, præſertim in magnis articulis. Quanto enim principibus membris luxati cũ vulnere articuli viciniores ſunt, tanto maior timor eſt de accidentium huiuſmodi aduentu. Itaque ex Hippocratis ſententia nihil tutò reponi poteſt, præter digitos, plantas & manus: atque in iis quoque prudenter eſſe agendum admonet: nec quicquã temerariè aut præcipitanter. Ergo vt rem in ſummam colligam, luxatos articulos ſtatim inter initia dum pars adhuc phlegmone vacat, reducere oportet in ſuũ naturalẽ locum: prolapſum verò cum vulnere articulum mediocri intenſione (validam enim citra periculum perferre non poteſt) reponere tẽtabimus. Quod ſi iuxta animi inſtitutum euenerit: tantùm dãda erit

erit opera vt phlegmone non ſuperueniat. Si verò phlegmone aut conuulſio aut aliud oriatur oſſibus iam in ſuã ſedem reſtitutis: rurſus ea (modò ſine vlla vi fieri poſſit) ſuis locis propulſabimus. Si autem id ſine vi fieri nõ poſſit, ſatiùs fuerit cùm luxata ſunt mẽbra maiora, luxationis reſtitutionem differre, donec inflammationis aliorúmq; ſymptomatũ periculum tranſierit. Cũmque iam non expectatur phlegmone, aut iam ipſa conquieuerit, id autem fit ferè poſt ſeptimũ vel nonum diem, præfati periculũ apud neceſſarios ægrotantis conabimur minima cum violentia oſſa in ſuas compellere ſedes. Vlceris verò curatio eadem erit, atque dictũ eſt, capite de fractura. Cæterùm ſi luxatio cũ fractura, ſine tamen vulnere acciderit, cõmuni ratione membrum eſt extendẽdum, ac manibus confirmandũ, vt in ſimplicibus fracturis diximus; ac primùm luxatio, ſi fieri poteſt: deinde fractura erit curanda. At ſi ante fracturæ curationem luxatio reſtitui minimè poſſit: fracturæ curationem primùm aggrediemur: deinde cùm callus in fractura iam fuerit obfirmatus: luxationis curam ſuſcipiemus. Quòd ſi ob temporis diuturnitatem inter oſſa

luxata

lurata callosa quædam durities contracta fuerit decocto altheæ, maluæ & aliorum mollientium locus erit perfundendus: eáque peragenda, quæ à nobis capite de fracturis dicta fuerunt.

Arthritis à materia calida. Cap. III.

ARthritidis calidę curatio his remediorũ generibus perficitur. Primũ est in victus ratione cõuenienti, quæ incrasset, refrigeret & bilis acrimoniã obtundat, vel sit temperata: Aër serenus & temperatus, ne calidior augeat defluxionem, frigidior verò impingat materiẽ. Cibi euchymi & coctu faciles: hordeatum & auenatũ prosunt ob vim detersoriam: Panis furfuraceus laudetur: vino parcendum nisi in declinatione, sit autem oligophorum & subrubellum: Somnus diurnus, coitus & animi pathemata fugienda: acetum vitandũ tãquam partibus neruosis inimicum, nisi sit passulatum. Aluus semper liberè fluat.

Secundum remedium est in venæ sectione, si materia est sanguini permixta, idque in principio, alioqui venæ sectio plus detrimenti, vtilitatis verò minus afferret. Secãda vena in brachio è directo cruris affecti: & ita in reliquis obseruãda oppositio. Tertium est in humorũ

præp

præparatione & purgatione: itaque materiæ feruor remittendus & acrimonia obtundēda, ac tenuitas incraſſanda, frigidis & incraſſantibus, atque aſtringentibus, ne materia tam facilè in locū affectū influat: ad quā rem proderunt ſyrupi roſ. viol. granatorum, cydoniorum, nymph. cum aquis roſ. plant. ſolani acetoſæ & ſimilibus in dupla proportione ad ſyrupos, quibus erit vtendum donec ſignum coctionis in vrina appareat. humor purgabitur ſequenti potu,

R. florū trium communiū ſing. pug. j. liquir. & paſſularum mūdat. ſing. ℥. s. myrobal. citrin. drac. j. s. hermodact. ℥. j. fiat decoctio & in quarto j. col. diſſol. elect. de ſucco roſ. dr. ij. elect. de caſſia dra. vj. rhab. electi ℈. iiij. miſce & fiat potus, aut ſi malit pilulas.

R. pilul. de hermodact. minorum ℈. ij. s. rhab. ℈. j. ſpicæ gran. iij. & cum ſyrupo granatorum fiant pilulæ vij. Parum tamen probandæ pilulæ cùm arthritis eſt à materia calida, nam pilulæ, humores calidiores efficiunt ac tenuiores atque ad fluxionem paratiores. Quod verò à practicis præſcribuntur pilulæ, de hermod. minores cùm eſt materia calida, id etiam parum probandum, nam etſi hermod

modactyli articulis conferre dicuntur, materiam tamen quæ iam influxerit retrahere nõ poſſunt: ſed eſt topicis opus. Quartum remediorum genus eſt in vſu topicorũ: itaq; ſtatim à venæ ſectione, vel poſt lene medicamentũ laxãs repellentibus anodynis vti decet (ante verò euacuationẽ tutum nõ eſſet) Repellẽtia verò quæ loco affecto admouebuntur nõ valde refrigerent, oportet: nam quæ valde refrigerant humorẽ impingunt, & reſolutionem contumacẽ efficiunt: quẽadmodum calida humorem fundunt & ad defluxionẽ prꝫparant & partes relaxando ad maiorem defluxionẽ recipiendam præparant: itaque initio vtemur oleis roſ. viol. ſuccis roſ. end. plant. ſolani, vel aquis earum herbarum, lenticula aquæ, ſumac, virga paſtoris, ouorum albuminibus, farina hord. muccagine ſeminis pſyllij & cydoniorũ, lacte mulierbri, bolo armenio, terra ſigillata & ſimilibus. ex quibus variæ fient compoſitiones, liniemus locum oxyrrhodino ſi materia profundior fuerit, vel oleo roſ. & vino ſi magis ſuperficie, vel miſcebimus oleum roſ. ouorum albumina & ſuccum ſolani vel eius aquam, ac diligenter agitabimus vel vngemus vnguento roſac.

vel

vel pop.vel vtroque cum oui albumine & oleo de nymp.Vel cerato albo Galeni: Vel Cataplasma admouebimus ex mica panis secalei lacte imbuta & cocta additis vitellis oui,oleo ros.vel nymph. & croco. Si dolor intollerabilis adde opium. aut,

R.opij & croci sing.ʒ.j.& cum tribus ouorũ vitellis & oleo ros.misceantur & applicentur:aut catap.fiat ex semine vel foliis.hyos.cauliũ,viol.maluarum,mucc.ag.seminis psyllij, vnguento pop.oleo nymph.vel pap.far.hord.& lacte mulieb. Sed animaduertendũ, cùm coacti fuerimus vti huiusmodi narcoticis & stupefacientibus postea parteis esse fouendas calfaciẽtibus: secus partes debiles effectas ob intemperiẽ frigidiorem perpetuò recipiendæ fluxioni obnoxias relinquemus.Ad eum verò fotum proderunt chamæm.melil.fœnug.origanum,satur. in vino austero cocta.Sequens etiã verè est anodynum,

R. medullæ cassiæ recenter extractæ ʒ j.olei ros.vnc.iij.muccaginis, seminis psyllij extract.e,in aqua iuę arthirt.ʒ.j.s. pulueris hermod.ʒ.s.croci dr.s.fiat. forma catap.Denique quod influxit discutientia & resoluẽtia postulat, ad quam rem

rẽ proderit fotus ſuperior: cui addi poſſunt roſæ, abſynth. ſtęch. flores ſaluiæ & anthos & ſimilia, à mitioribus ſemper incipiendo, vt ab oleo chamæ. & anethino. Proderit ſtercus bubulũ adhuc calens, farina fab. lentiũ, furfur. Coquentur autem herbæ diſcutientes ad fotum & miſcebũtur farinæ, olea chamæm. anethi, & pingued. gal. & anſeris ad catap. conficiendum. Vel lac caprinũ cum ſulphuris exigua quantitate miſcebis informam nutriti: quod dolorem leniet ac reſoluet. Poſſumus quoque aſtringentia diſcutientibus miſcere, ita vt horum vel illorum maior ſit quantitas pro diuerſis intentionibus: quemadmodum in tumoribus contra naturam dictum eſt.

Arthritis à pituita & bili.

Arthritidis mixtæ curatio eoſdẽ habet curandi ſcopos, quos pęcedẽs: Quorũ primus eſt in victus inſtitutione. Sit autẽ omnibus in rebus victus tẽperatus habita humoris ratione, vt ſi magis redundet pituita, ei magis aduerſetur victus. Idem de bili ſentiendũ. Semper autem & vinũ & venus fugiẽda. Secundus ſcopus ad humorũ tum prę parationẽ tũ purgationem ſpectat. Vnde initiò materia auertetur pillulis de hermod. mino-

BIBLIOTECA CENTRAL * UNIVERSIDAD DE LA FACULTAD DE

ribus de quibus dabũtur ℥.ij.cũ rhab.℥.j.vomitus quoque ſaluber ſi ad eum ſit propẽſus ægrotus. Deinde materia coquẽda mel.roſ.col.ſyrup.de hyſſopo,ſyr.de ſtęch.& ſimilibus cum aquis beton.ſaluię,abſynt.iuæ arthrit.primulæ veris & ſimilibus quibus etiam miſcebuntur, ea quæ bili aduerſantur: eſt enim bilis, pituitæ vehiculum. Vt,

R.mel.roſ.col.ʒ.ij.ſyr.de ſtęch.ʒ.j.ſyr.de roſis ſiccis ʒ.s. aquarũ beton.abſynt.& acetoſæ, ſing.ʒ.iij.miſce & fiat iulep.clarificetur,& aromatiſetur cum ſantali citrini & nucis moſc.ſing.dr.j. capiat in iij.doſibus & iteretur ſi opus fuerit: aut maiorẽ quantitatem capies ſyruporum & aquarũ prępparantiũ bilem iuxta humoris dominiũ. Fugienda verò diuretica niſi corpus iam purgatum fuerit: & neruis inimica vitanda,vt acetum & ſyrupi qui ex aceto fiunt, vt ſyrupus acetoſus oxyſacchara, oxym. niſi exigua pręſcribantur quantitate & cũ aliis miſceantur: tunc enim antequam vis aceti ad partes neruoſas peruenerit obtunditur,& interea humores viſcidi incidũtur & biliosi obtunduntur.Poſtea materia euacuanda valentibus medicamẽtis, vt pilulis hermod.maiorum & cocciis:

quib

quibus ſemper addes rhabar. vel aliud cholagogũ. Præſtat autẽ pilulis vti cum pituita eſt educenda, quàm potionibus: nam pilulæ diutiùs in vẽtriculo manẽt, à remotioribus partibus attrahũt & vt dictum eſt calfaciunt, incidũt & tenuãt. Poterit tamen decoctũ parari ex iua arthrit. liquir. paſſul. floribus ſtæchad. & communibus, cartamo agar. polypodio, in quo diſſolues cathol. diacart. & elect. de ſuco. roſ. Vel,

R. ſennæ hermod. fingu. ʒ. j. turb. ʒ. ſ. diap. ſolut. ʒ. j. cinamomi dr. ij. cum oxymel. ſcyllitico, vel ſyr. de ſtæch. fiat forma opiatæ: de qua ſumat ʒ. vj. in aurora nulla præcedẽte cœna. Si materiei euacuatio per purgationes fieri non poſſit: ſaltẽ fame & inedia humores abſumendi: ac frequẽtes clyſteres iniiciẽdi. Tertius ſcopus eſt ad topica referẽdus: Erũt autem anodyna & diſcutientia admouenda. Ex anodynis ſequens proderit, quod etiam diſcutit.

R. micæ panis infuſæ in decoctione chamæm. abſynt. maioranæ, ac parũ coctæ ℔. j. cui adde caſſiæ recẽter extractæ ʒ. j. oui vitellũ vnũ, olei camem. & myrt. ſing. ʒ. j. croci ℈. j. fiat catap. Poteſt etiã catap. parari ex far. fœnug. puluere me-

lil. cum oleo chamæm. mel. & aceto. Aut ſtercus bubulum cum oleo chamæm. & vulpino frixũ. Muccago etiam fœnug. extracta cũ aqua & aceto, adiecto poſtea melle, multis probatur tanquam efficax remedium ſi triduo hæreat. Vel,

R. ſucci caulium, aceti acerrimi ſing. partes æquales, miſceantur cum farina ſeminis lini & fiat catap. Vel,

R. far. hord. ʒ. iiij. hermod. ʒ. j. croci. ʒ. j. vitellos duorum ouorum: & cũ oleo roſ. fiat catap. quod dolorem lenit, ac reſoluit. Aut,

R. viſci quo capiuntur aues ʒ. ij. ſtyracis liquidæ, œſypi ſing. ʒ. j. s. hord. pug. j. roſ. ʒ. j. miſce. Si iis non vincatur dolor ad ea quę dicta ſunt de arthritide à materia calida confugiendum. Demum humoris reliquiæ ſunt diſcutiendæ, moderatè tamen ne tenui reſoluto, craſſum maneat, & in ſcirrhoſam ſeu lapideam duritiẽ conuertatur. Ad eã rem conferunt folia altheæ cocta & cũ hordeacea far. trita & appoſita. Aut altheæ radix in aqua mulſa cocta & admota. Vel catap. ex eadem radice cũ foliis & farina fœnug. & lini, ac floribus chamæm. melil. quibus adde olea chamæm. lil. vulpini, quibus etiam ſolis vti poſſumus.

Poſ

Possunt quoque ea coqui in vino & addi salvia, maiorana, rosmarinus & fieri fotus & suffitus: cõmodè etiam addes rutam, betonicã, pulegium calamintũ, origanum, absynthium, laurũ, sabinam, ebulum, puluerem ex stercore bubulo, vrinam pueri, oleum cõmune, acetum: & post fotum & suffitũ, poteris ex magmate carap cõponere. Aqua stillata saponis cypri in alembico vitreo optima censetur, vt & sequens,

℞. salviæ, rutæ, hyssopi sing. m. j. sulph. & salis sing. ʒ. j. s. macerentur in octo ℔. vini optimi, distillentur & pãni ea aqua imbuti sæpe admoueantur, aut vnguentum paretur ex oleo irino, laurino, adipe suillo, butyro, medulla ceruina, galbano, tereb. & cera, cui miscere poterimus altheam, fœnugr. & hyssopum.

Cæterùm quoniã tophi seu nodi duri subinde in articulis remanẽt, vel ob humoris crassitiẽ, vel ob immoderatũ discutiẽtiũ vsum: ad eos depellẽdos cõferũt ea, quę diximus de tumore lienis & sub finẽ capitis præcedẽtis, maximè vnguentũ de vulpe, & quæ præscripsimus de scirrho. Prosunt etiã cataplasmata ex rad. alth. & bryoniæ, ex foliis mal. brãcę vrsin. vrticæ, abrotani, marrubij coctis.

& cum adipe ſuillo, caprino, anſerino & gummi ammoniaci, bdellij, galb. opop. Vetuſtiſſimus etiam acerrimuſq; caſeus cum pedum ſuillorum & naſturtij decocto præpinguitritus & admotus. vel,

R. ammon. bdellij diſſolutorum in ol. de lil. fing. ʒ. s. caſei antiquiſſimi & acerrimi ʒ. j. s. ſeminis naſturtij, ʒ. s. miſceantur & fiat emplaſt.

Verùm ante illius vſum poterit vti emollientibus, quemadmodum fotu ex decocto mal. alth. ſeminis lini, fœnug. florum ſambuci, anthos, ſtæch. in vino rubro vel aqua. deinde,

R. emplaſtri filij zach. diachyl. ireati ſing. quart. j. axung. gall. anſeris, anatis & ſuis ſing. ʒ. j. s. medul. cruris vituli & cerui ſing. ʒ. ij. pulueris hermod. ʒ. j. fiat emplaſtrum cõuenientis magnitudinis quod vj. aut vij. dies locis calloſis applicabitur poſt fotum. Deinde capiti fumũ marchaſitæ ignitæ & cum aceto extinctæ applicabis ij. dies & poſtremo emplaſtrum de caſeo. Præcautio verò ab arthritide multa quoque requirit. Primò quidem victus temperantiam, ac ſobrietatem, vtantur cibis euchymis, quíque aduerſentur humori ex quo genita fuit arthritis. Nunquam vino vtantur niſi

ventriculus

ventriculus sit admodùm imbecillus, túncque vti poterunt vino subrubello & oligophoro: nunquam tamen bibant inter pastus dum fit concoctio, ne vinum ducat cibum semicoctum in ambitum corporis. Omnino dent operam vt sint laudatæ concoctiones. Vitent venerem & immoderatam exercitationem partiũ affici solitarũ: liberè semper excernantur excrementa: proderit sequens pulvis à pastu,

R. coriand. præparati ʒ. v. diacydonit. sive aromatibus ʒ. iij. cinamomi ʒ. ij. s. macis ʒ. s. pulueris rosatæ nouellæ ʒ. j. sacch. ros. tabulati ad pondus omnium fiat pulvis, quo vtatur à pastu, nec superbibat. Quia verò vix fieri potest qn aliqua in corpore materia gignatur arthritidi efficiẽdę idonea, ea erit diligenter vacuãda, tũ venę sectione, tũ purgationibus. Proinde vere & autumno, si omnia consenserint, vena secanda & iisdem temporibus ac crebriùs si videbitur corpus repurgandum. Vnde proderunt sequentes pilulæ in vsu frequenti,

R. agar. troc. ʒ. ij. aloës lotę, rhab. elect. sing. ʒ. j. myrobal. citrin. & cebul. sing. ʒ s. iuæ arthrit. & masticis sing. ℈. ij. s. fiat massa pilularũ, de qua capiat tres pilul.

magnas ij. horis ante cœnã bis in hebdomade. vel,

R. pilularũ de hyera. simpl. agar. troc. fin. ʒ. ij. rhab. elect. ʒ. j. s. tamarind. & myrob. citrin. & cebul. sing. scrup. ij. cum syrupo rosaceo æstate, & cum syrupo de aceto hyeme: formentur pilulæ ij. pro ʒ. capiat tres, aut iiij. aut v. post primum somnum, idque frequenter. Præterea roborandæ partes principes: quã ad rem conferunt conserua ros. cortex citri cõditus, myrobal. cõditæ, diarhod. abb. triasant. diamarg. diamosc. rosata nouella, aromaticum rosarum, cõserua, acori, anthos & florũ saluiæ, ex quibus parari poterunt opiatæ: in quibus omnibus semper animaduertendum quis humor magis in corpore redũdet & quę partes imbecilliores, vt magis cõfirmentur. Denique etiam partes externæ confirmandæ, vnde ex Oribasio, Sal minutim in oleo tritus, ac articulis affrictus mãnè & vesperi toto vitæ spatio præsẽs est remedium, nisi præter modum ficca intemperie sint præditi: Sal enim materiam incidit, tenuat, absumit, siccat & astrictione partem roborat: oleum verò lenit. Balnea etiam, fotus & suffitus ex astringentibus & roborãtibus prosunt.

De

De ſcabie, pſora & lepra. Cap. IIII.

AFfectus huiuſcemodi cum ſint affines, eandem curandi methodum deſiderant, tantum ſiquidem diſcrimen eſt in ratione maioris & minoris.

Primò itaq; victus ratio cõueniẽs eſt præſcribẽda, à cibis bilẽ atrã, ſalſámue pituitam gignẽtibus abſtinendum: qui verò qualeſve ſint, de cancro & aliis tumoribus curandis diximus. Vtendũ verò iis cibis qui facilè concoquuntur, & ſanguinem laudatum procreant. Vinum bibendum tenue & antiquum ac oligophorum ſeu aquoſum aut ſatis dilutum.

Secundò ſi plenitudinis affuerint indicia, vena cubiti, vel media, vel baſilica eſt incidenda, tantúmque ſanguinis educẽdum, quantum partim plenitudo expetit, partímque vires ſufferunt. Humores quoq; tum bilioſi, tum atri, tum aduſti, tum ſalſi & prẽparãdi & purgandi ſequentibus.

R. tryphere perſicę ʒ. j. ſacch. quantum ſuff. fiat bolus, vel diſſoluatur in decocto paſſul. & mercurialis & fiat potus.

R. ſyrupi end. bugl. & fumariæ an ʒ. j. s. aquarũ lupuli cichorij & end. an ʒ. iij. pulueris triaſant. ʒ. s. cinamomi ʒ. j. fiat iulep. clarif. & arom. pro iij. doſibus. vel,

R. rad. lapathi acuti ʒ. ij. rad. enulæ campanæ & cichorij an. ʒ. j. ſcariolæ, fumar, lupuli, bugl. boraginis, acetoſæ, ſcabioſæ an. m̃. j. herbarum capillarium, vtriuſque hepaticæ & mercurial. an. m̃. ij. paſſul. mundatarum, prunorum, ſebeſten, an. par. xv. quatuor ſeminũ frig. maiorum an. ʒ. iij. aniſi ʒ. ij. feminis cuſcutæ, medullæ ſeminis cartami, ſennæ orient. ſummit. rhym. an. ʒ. ij. polypodij quercini ʒ. iij. tamarind. electorum ʒ. j. s. myrobal. citrin. confricatarum cũ ſucco roſarum ʒ. iij. florũ geniſtæ, bug. borag. an. pug. j. florũ violarum recen. pug. ij. fiat decoctio in libris ij colaturæ, diſſolue ſyrupi de fumo terræ compoſiti ʒ. vj. ſucci roſ. & mercurial. an. ʒ. ij. ſacch. quãtum ſufficit, fiat ſyrupus, cuius pars media coquatur perfectè in ſyrupum, ac de eo ſumentur ʒ. iij. ſingulis hebdomadis poſt purgationẽ, cum decocto mercurial. hordei paſſul. & viol. Alteram partem capiet tribus aut quatuor diebus hora matutina: poſtea purgabitur: vel vtatur ſequenti,

R. fumar. borag. bugl. an. m̃. iij. cichorij & florum viol. an. m̃. iiij. mercur. m̃. ij. foliorũ ſennæ orient. ʒ. j. fiat decoctio ad ℔. ij. in col. diſſolue ſacc. albiſſimi ʒ. iiij.

triaſant.

triaſant.ʒ.ij.fiat apozema clarif. & aromat.pro iiij.doſibus. vel,

R.ſucci mercur.ℓb.s.ſeri lactis tãtundem,ſennæ orient.ʒ.s.ſacch.quãt. ſufficit,fiat ſyr.clarificatus & aromatiſatus, vt iam dictum eſt,capiat ʒ.iiij.pro doſi. Quod ſi aluus ſatis ſubducta non fuerit,vtendum purgatione ſequenti,

R.rhab.electi in aqua end.infuſi & expreſſi ʒ.j.s.elect.diacart. & confect. hamec.an.ʒ.iij.ſyrupi præordinati ʒ.j. miſce & fiat potus,qui manè ſumatur cum cuſtodia. vel,

R.confect.hamec.ʒ.s.cath.ʒ.vj. elect. de pſyllio ʒ.j.s.ſacch. quantum ſufficit, fiat bolus,vel vtendum pilulis de ſumo terræ. Deinde ad roborandas partes principes,ac intemperiem corrigẽdam,

R. conſeruæ florum cichorij & bug. ſing.ʒ.j.conſeruæ roſ.ʒ.j.s.pulueris diarhod.abbat.& triaſant.an.ʒ.ij. pulueris diatragac.frigidi & diapap. albi recẽter diſpenſati ſingul. ʒ. j. ſyrupi capil. ven. quantum ſuff.fiat opiata, de qua capiat inſtar fabæ & poſtea bibat aquæ cichorij modicum.

R.vnguenti roſ.ʒ.ij.cerati ſant.ʒ. iiij. ol.roſ.& nymph.ſing.ʒ.j. ſpicæ nardi ℈. ij.fiat vnguentum, quo vngatur hepar tepidè

tepidè, addendo parum vini albi, ídque fiat dies aliquot post vsum balnei. vel,

R. vnguenti ros ʒ. iij. seminis scariolæ endiuiæ, plant. & portul. an. ʒ. j. caphuræ ʒ. s. santalorum ʒ. j. coralli rub. boli arm. sing. ʒ. ij. ceruſæ lotæ in aqua ros. & cichorij ʒ. j. olei ros. ʒ. iij. ceræ parum, fiat vnguentum quo vngatur, vt dictum est. Post vniuersales purgationes vtendum balneo sequenti, quod mollit, abstergit & siccat.

R. rad. & foliorum lapathi acuti m̄. iij. rad. enulæ camp. ℔. s. rad. acori & brioniæ sing ℔. j. mal. viol. scabioſę. fumarię chelidon. saponariæ, calaminti, hederæ sing. m̄ ij. hord. integri, lupinorum, fab. lētium sing. ℔. j. s. furfuris ℔. j helleborí m̄. ij. coquantur in aqua pro balneo conficiendo: quod tribus matutinis ingredietur, in eóque manebit quantum poterit: deinde in lecto modicum sudet. Deinde aliis tribus diebus addātur balneo salis communis ℔. ij. aut iij. & aluminis ℔. j. vitreoli quart. j. ac simiiter balneum ingrediatur: sed neque in balneo, neque in lecto tunc sudabit. Priusquam tamen balneum ingrediatur vngendus est vnguento sequenti.

R. succi lapathi acuti & enulæ campanæ

panæ sin.℥.iij.succi calaminti, fumariæ, chelidon.sing. ℥ ij. succi limonum vel omphacij ℥.iiij.tereb.℥.iij litharg. ℥. ij. cerusę lotę ℥.j.tuthiæ ℥.s. salis communis ʒ.ij.sulp.viui ʒ.j.s.hellebori ʒ.j. mercur.℥.ij.olei ros.& myrt.sing. ℥.ij. misce & fiat in modum nutriti, quo vngatur serò & manè, balneum ingredietur, vt dictum est. vel,

R.rad.enulæ camp.& lapati acuti sin. ℥.ij.coquantur in aceto acerrimo, terantur, cribróque traiiciantur: adde sulph. viui ʒ ij.salis communis torrefacti ʒ.j.s. succi limonum ℥. ij. vnguenti albi rasis & vnguenti enulati cum argento viuo an.℥.iij. butyri parum vsti: olei de tartaro & cerę albę quantum sufficit, fiat linimentum, quo liniatur post vsum balnei.

Pro scabie puerorum.

R.tereb.nouies vel decies lotæ ℥.iiij. butyri ℥.ij.salis ℥.j.succi citrãgũli quantum sufficit vitellos duorum ouorum, olei ros.℥.j.fiat vnguentum. aut,

R.axung.suillæ.℥.iiij. sulphuris viui ℥.j. salis albi ℥. s. tereb. abietis in aqua ros.lotę ℥.j.albumma duorum ouorum, butyri recẽtis ℥.j.musci grana iij. misce, & fiat vnguentum.

LIBER

LIBER QVINTVS,

DE MORBO VENEREO.

De lue venerea. Cap. I.

Enerei affectus profligãdi prima pars ad victus institutionem est referẽda: in qua aër debet esse tẽperatus, cibi euchymi, coctúque faciles, & qui humores nec crassos & viscidos, nec tenues & acres gignant. Altera pars in purgationibus cõsistit: in quibus clyster ex decoctione cõmuni, cassia & cath. primum locum habebit: vel potionẽ ex cassiæ ʒ.vj. cathol. ʒ.iij. rhab. in puluerem redacti ʒ.s. cinamomi granis ij. aquæ bugl. ʒ. iij. syrupi viol. vel ros. ʒ.j. dabis: aut bolum ex cassia, cath. & diasenna offeres. Postea sequenti die si plenitudinis signa apparuerint venam secabis, iecorariã quidem si magis sint affectæ partes inferiores, vel cephalicã

si

ſi ſuperiores, vel mediam ſi omnes ex æquo partes afficiantur. Sanguinis verò educendi quantitas indicationem habebit à natura virium, ætatis, ac morbi. Si tamen mulier afficiatur, vtile eſt vena malleoli ſecta, ciere menſes ſi retineantur quo tempore fluere ſolebant. Deinde humores præparandi: qui ſi bilioſi & tenues videantur, quales ſunt in iis qui vlcera habent virulenta: exhibebis ſyrupos de fumar. de lupulo, de bug. endiuię, viol. cum aquis fumar. cichorij. end. borag. bug. ſolani viol. vt tamẽ ſit aquarũ ad ſyrupos proportio dupla: quibus adde triaſant. vel diamarg. frig. ʒ. j. ſ. videbiſq; num plus huius ſyrupi vel aquę, minus autem illius ſit miſcẽdum. Si verò pituiteos craſſóſque humores magis redundare putaueris, ſitque affectus cũ arthritide, aut tumoribꝰ ſcirrhoſis coniunctus, tum proderũt mel. roſ. col. oxymel. ſimpl. ſyrup. de fumar. compoſitus, ſyrupus cõſeruationis, acori de ſtœchade, oxymel. ſcyll. & aquæ beton. meliſ. hyſſopi, ſaluię primulę veris, iuę arthriticę & ſimiles: addes autem puluerem cinamomi vel nucis moſc. vel diarhod. abb. ad ℈. iiij. vel apozemate ſequenti humores præparabis.

R.

R. ligni ſancti & cort. eiuſdem in ℔. viij. aquæ infuſorum ſing ʒ. iiij. coquantur ad medias: adde rad. ruſci, graminis & aſparagi ſing. ʒ. j. rad. & foliorum enu lę campanę, bugl. borag. end. lupuli, fumar. lapathi acuti, ſcabioſæ, adianti, polytrici, roſtri porcini ſing. m̃. j. liquiritiæ contuſæ ʒ. vj. medul. ſeminis cart. ſennæ orient. ſing. ʒ. j. ſeminis citri. cucurb. melonum ʒ. ij. ſeminis aniſi & fœnic. ſing. ʒ. j. paſſul. mundat. iuiubarum & ſebeſten ſing. par. viij. trium florum cordialium ſing. pug. j. fiat decoctio in aqua lupuli, vel fumar. cape de col. ℔. ij. in quibus diſſolue ſacch. quãtum ſuff. ſantali moſcat. & cinamomi ſing. ʒ. j. ſ. fiat apozema clarific. & arom. pro vj. doſibus. Quando humores ſunt heterogenei, & capitis atque articulorum doloribus ęger infeſtatur: proderit ſequens,

R. ligni ſancti & corticis eiuſdẽ ſicut dictum eſt infuſorum & coctorum ſing. ʒ. mj. rad. acori, galangę craſſę ſing. ʒ. vj. rad. ruſci, graminis, aſparagi, filicis, enulæ camp. lapathi acuti cum foliis ſing. ʒ. j. betonicę, ſaluię, meliſſę, calitrici, chamęd. chamęp. primulę veris, trifolij, fumarię hepaticę, end. bugl. quinque capill. ſingul. m̃. j. ſeminis melonum ʒ. j.

ſeminis

seminis anisi & fœnic. sing. ʒ.s. liquirit. contusæ ʒ.j.s. passul. mundat. ʒ.ij. pruno rum & ficuum singu. par. viij. polypod. querc. & medullæ seminis cart. sing. ʒ.ij. sennę orient. ʒ.j.s. agarici troc. ʒ.s. hermodact. ʒ.iij. colocynt. ʒ.ij. hellebori ni gri ʒ.j.s. myrobal. indarum & cebul. cū oleo amyg. dulc. confricatarum sin. ʒ.ij. thymi & epith. sing. ʒ.j.s. trium florum communium, stæchad. & florum geniste sing. pug. j. fiat decoctio in æquis partibus succi fumariæ & seri caprini: cape de col. ℔.ij. in quibus dissolue mel. ros. & syrupi rosa. solutiui singu. ʒ.iij. sacch. quantum sufficit, fiat apozema mediæ decoctionis, clarificetur & aromat. cum cinamomi & diarhod. abb. singu. ʒ.j. capiat bis in hebdomade vel frequentius ʒ.iij. pro dosi. Poteris ex iis nōnulla detrahere & alia adiungere pro natura affectus. Et si ventriculi subuersionem timeas, prætermittes helleborum & colocynt. Si mulier afficitur, non sunt omittenda quæ vterum iuuant, vt sunt matricaria, verbena, sabina, syrupus de artemisia, & de radicibus. Humores iā præparatos, sic vacuabis,

R. elect. de psyllio, & de succo ros. sin. ʒ.j.s. cathol. & trypheræ persicæ sing. ʒ.

iij.rhabarbari electi in ſero caprino infuſi ℈.iiij.cinamomi grana v.ſyrupi vio. ʒ.j.aquarum lupuli & fumar. ſing ʒ.j.s. miſce,& fiat potio. vel,

R.decoctionis communis (cui adde polypod.querc. & ſennę ſing.ʒ.s.hermodact.ʒ.ij.)quantum ſuff. in qua diſſolue cathol.ʒ. vj.confect. hamec & diaphęn. ſing.ʒ.ij.fiat potio.

R.elect.indi maioris & diaphęn.ſin. ʒ.iij.diacart.ʒ.ij. aquarū beton.& bug. ſing.ʒ.ij.ſyrupi roſ.ſolutiui ʒ. j.miſce & fiat potio.

R.conſeruæ rad.bug.& florum ſtęch. ſing.ʒ.j.s.theriacæ veteris ℈.iiij.ſaccha ri modicum,fiat bolus: qui detur poſtri die medicinę.Poſtea bibat aquarū bugl. & fumar. ſing.ʒ.j.s. Loco potionis, hyberno præſertim tempore, purgari poterit humor pituitoſus pilulis de agar. coccciis,fœtidis,lucis,& de hermo.& arthritięis.Bilioſus autem,aureis,aggreg. aſſaieret, ſine quibus, de rhab.de quinque generibus myrobal.de fumar.

Tertia pars huius affectus curandi ad roborantia pertinet.Vtile etenim fuerit opiatam præſcribere,qua manè & veſperi vtetur ad cerebrum, hepar & ventriculum roboranda.Fiet autem ex cõſeruis

uis radicis acori, elenij, florũ ſaluiæ, anthos, cichorij, bugl. cortice citri condito, theriaca, diamarg. frig. elect. lætitiæ Galeni, diarhod. abbatis. triaſant. & ſimilibus. Proderunt quoq; myrobal. conditæ, ſed diuitibus, ob ſumptum: Epithema etiam cordi applicabitur ex floribus communibus, meliſſa, corallo, ſantalis, ſemine citri & ocymi, diamarg. & ſimilibus.

Vſus aquæ philoſophicæ. Cap. II.

QVarta curandi pars eſt in vſu cuiuſdam aquæ, quã philoſophicã, vel theriacalem appellant, qua vtendum poſt vniuerſales purgationes, iuxta humoris peccantis naturã. Poterit ergo ſe quens parari ad morbũ profligandum.

R. raſuræ ligni ſancti optimi ℔. s. vini albi dulcedinis expertis ℔. ij. aquæ defæcatiſſimæ ℔. viij. aquarũ fumar. cichorij, chamæm. ſing. ℔. j. polyp. querc. ℔. s. macerentur ſimul horas xij. adde epith. vn. ij. aſplenij vn. vj. ſeminis iuniperi vnc. ij. corticis citri vnc. j. conſeruæ roſ. cichorij, bug. & borag. ſing. ℔. s. conſeruæ enulæ campanæ & theriacæ veteris ſing. quart. j. diſtillentur in diplomate: poſtea addes ſaccharum & cinamomum ad ſaporis ſuauitatem: dabíſq; hu-

iuſmodi aquæ vnc.iij.aut iiij. aut v.pro viribus ægrotantis, ac morbi magnitudine:nam ea ſua tenuitate humores tenuat,poros aperit,ſudores mouet,ac re condita facultate huic morbo aduerſatur. Cui poteris addere conſeruã acori, iridem,aut alia quæ magis tuæ intẽtioni accõmoda videbuntur.Liberũ quoq; erit longè à cœna cùm ibit cubitũ totidem vncias illius aquæ ſumere. Interea verò dum ea vtetur cubiculo non egredietur niſi à prandio,cœlóque ſereno & aëre calido:victu vtetur tenui & exiccante:vinum bibet oligophorum:menſémque integrum ita viuet cum huiuſmodi aqua vel etiam diutiùs, pro viriũ & affectus magnitudine:cúmque aluus fuerit aſtricta, clyſtere molliẽte ſubducetur. Nonnulli in principio paſtus vn. iij.huius aquæ exhibent cum tanta vini albi quantitate : nec eam veſperi propinant.

Quis vſus ligni indici. *Cap.* III.

SOlemus etiam poſt vniuerſales purgationes hunc morbum vſu ligni ſancti curare:ſic verò parabitur.

R.ſcobis ligni indici ℔.j.corticis eiuſdem vn.iiij.macerentur horas xxiiij. in ℔.x.aquæ puriſſimę in fictili vitreato:

to:coquantur ad medias prunis luculentis v. aut vj.horas & percolentur:postea quotidie in aurora illius aquę dabis vn. vj.& ægrum cooperies vt sudores moueantur:moderatè tamen ne vis corporis dissoluatur: subinde sudor detergatur:corpus fricetur & caput:cibum non sumat nisi horis vj.à potu exactis: eiusdem aquę totidē vncias offeres v.horis à cœna:sudores tamē tunc nō mouebis. Deinde in idē lignū iam coctū aquæ lib. xv.iniicies & iterum coques ad tertias: sub decoctionis finem addes liquirit.rasæ & contusę vnc.s.passularū mundatarum vn.ij.absoluta decoctione addes cinamomi ʒ.v. ad saporis iucunditatem: eóq; decocto vtetur in pastu. Nonnulli sub finē primæ decoctionis addunt fumar.lupuli,borag.bugl.sing.m̄.j.alij radicem cyclam.cardui benedicti & oliba num ad vn.j.singulorum:alij rad.enulæ camp. in puluerem redactæ, mummiæ sing.ʒ.s.carabę ʒ.ij.s.pulueris hermoda. ℥.ij. sennę oriental. vnc.s. alij mediam partem vini albi:alij tres partes vini & vnam aquę iniiciunt:quod profuturum putauerim corporibus pituitosis ac robustis, atq; cùm nerui ac tendines non afficiuntur : cùm verò corpora sunt

imbecilla, satius duxerim magísq; profu turũ si decoctio in sola aqua fiat: imò cũ corpus imbecillum, bilioſum, aut ad ta bem propẽ ſum, ſæpe gaiaci vſum ipſum contabeſcit: inflammantur vrinę, dolo res augentur. Itaq; cùm corpus eſt bilio ſum, loco aquæ communis vtor aquis ci chorij, bugl. viol. fumar. in decoctione, quarum vſu ſæpe ſum expertus rem fœ licius ſucceſſiſſe. Sunt quoq; qui primo decocto adiiciunt helleborũ, eſulam, co locynt. turbith, diagri. agar. rhab. quod præter rationem fieri videtur: illa ſiqui dem humores naturámq; exagitant: ac vires diſſoluunt: fiunt enim duæ euacua tiones contrarię: vna quidem ligni ſan cti ad exteriora per ſudores: altera verò medicamentorum laxantium ad interio ra per alui deiectionẽ. Proinde illis ſum nunquam vſus, neque vti ſuaſerim. Alij decocto gaiaci nihil adiiciendũ eſſe ſen tiunt: ne aliorũ mixtione vis ligni in pro uocandis ſudoribus impediatur. Quod ſi aliquid miſcere placet, id partibus af fectis ſit accommodatum, vt in hepatis obſtructione addãtur capillares: vel quę vim gaiaci adiuuent, veluti carduus be nedictus. Aliqui ſequentes vſurpant de coctiones veluti artis arcana quędam.

R.

R. ligni ſancti ℔.j. corticis eiuſdem ℔.s. aquæ puriſſimę ℔.x. macerentur, vt dictum eſt xxiiij. horas, atq; coquantur ad tertiæ partis conſumptionē. Prętera rad. enulæ camp. dactylorum ab oſſibus ſeparatorum ſing. ʒ.j.s. ſennæ oriental. ʒ.j. macerentur in ℔.vj. vini albi horas 24. ſuper cineres calidos, ita vt propemodum vinum ferueat: deinde exprimā tur & huic vino miſceatur præcedēs decoct. poſtea adde ſacch. ℔.s. cinamomi ʒ.j. & exactis iiij. horis ab ea mixtione, traiiciantur per colatorium vni aromaticis, ac ſingulis matutinis capiat ʒ.v. aut ſex & ante cœnam, vel cùm ſe in lectum recipiet, tantundem. Iterum in dictum lignum iniice aquæ ℔.xv. bulliāt ad tertias: adde ſacchari & cinamomi quantum videbitur ad ſaporis gratiam. Animaduertendum verò non vnā eandémque decoctionem omnibus temperaturis eſſe parandam, ſed interdum valentiorem, interdum verò imbecilliorem, habita virium ac morbi & cęterarum rerum, tum naturalium, tum cōtra naturam, ratione. Idem quoq; dicēdum de victus inſtitutione. Dum autem eo decocto vtetur, ita victus inſtituendus, vt conſuetudine in ciborum quantitate

perſpecta primis quinq; aut ſex diebus quarta pars detrahatur: aliis ſex, tertia: aliis ſex diebus media: deinde eodē ordine ad priſtinum viuendi modū reducatur. Vtatur carnibus euchymis & aſſis, ac ſale minimè condiantur: Nam ſal vt aiunt, vim decocti impedit, in prima menſa offerantur aliquot pruna cū ſacchar. in poſtrema autem paſſulæ. Panem bis coctū comedet, cui cùm flatus torquent, aut adeſt vētriculi imbecillitas, adiiciendum nonnihil aniſi & fœniculi. Sic verò viuendum tenuiter 30. vel 40. dies, pro viribus ægri ac morbi magnitudine. Nonnulli ſæpe ſolùm panē cum prunis & paſſulis offerunt. Quòd ſi ob virium imbecillitatē vinū in paſtu permittere cogaris, primi decocti vſum in ſex hebdomadas protrahes. Cùm verò aluus non fluet liberè, erit vt dictū eſt clyſtere ſubducenda vel drachmæ aliquot ſennæ in decocto veſperi maceran dæ & manè leni præcedente ebullitione & expreſſione offerendę: Vel ſyrupus ſequens in vſum parandus, de quo ʒ. iiij. cum decocti gaiaci ʒ. ij. exhibebis & illo die non moueantur ſudores.

R. polypodij quercini recentis ℔. s. foliorum mercurial. borag. fumar. iuæ

arth

arthriticæ ſing.m̃.j.paſſul.prunorum,ſebeſten.ſing.par.xxx.aniſi ʒ.j.tamarind. ʒ.ij.ſennæ orient.ℏb.s.florum viol.bugl. & borag.ſing.pug.ij.fiat decoctio ad ℏb. iiij.in col. diſſol. mel. roſa.col.& ſacch. ſing.lib.j.ſyrupi roſ.ſolutiui & ſyrupi de fumo terræ cõpoſiti ſing.ʒ.vj. fiat ſyrupus perfectè coctus, qui vſui ſeruetur, déque eo capiat bis vel ter in hebdoma de,vt dictum eſt. Cęterum cùm videamus decoctum gaiaci non ſufficere ad hunc affectũ profligãdum, quòd tenues humores abſumat:craſſos verò frequenter relinquat: poſt huiuſmodi decocti vſum,nos leuioribus ſolemus vtivnctionibus ex hydrargyro & aliis: quibus quod reliquum erat craſſorũ humorum abſumitur,& partim per os, partímque per aluum & vrinas educitur. Tres verò vel quatuor tantũ vnctiones efficimus, aliquo ex vnguẽtis infrà ſcriptis,à quo doſim mediam argẽti viui ſubtrahimus, vt mitius,imbecilliúſque ſit vnguẽtum. Vtiliúſque exiſtimamus dierum tantum triginta diætam præſcribere, ac poſtea ita vngere,quàm 40.dierum diætam ſine vnctionibus.

Quomodo vtendum radice chinæ.

Cap. IIII.

ALia ratione curatur hic morbus, quæ non eſt præcedẽti admodùm diſſimilis: fit autem decocto radicis chinarum quæ apios dicitur. Itaq; poſt vniuerſales purgationes, præſcribimus victum tenuẽ non tamen vſque adeò ſiccum atq; cum decocto gaiaci: ſiquidem decoctum radicis chinarum vehementiùs ſiccat quàm gaiaci quod ex ſiti facilè deprehenditur: ſic autem parabitur.

R. rad. chinæ in tenues orbiculos ſectæ ℥. j. aut ℥. j. ſ. coquatur in x. lib. aquæ in vaſe terreo vitreato, ad medias: vas verò tam exactè cooperiatur: vt nihil exhalet: Deinde coletur decoctũ, ac ſuper cineres continuò calidum ſeruetur. Huius decocti dentur ℥. 8. vel 9. pro viribus ægrotantis, ac ſudet tres horas: ſudor diligenter abſtergatur, prandeat hora 9. vel 10. & rurſum hora tertia à meridie eãdem decocti doſim ſumat: lectum ingrediatur & ſudet, cœnabit autem hora ſexta, ac frugalior erit cœna quàm prandiũ, loco vini ſecundo decocto vtetur: quod parabitur ſi inieceris aquę lib. 12. in fæces ſuperioris decocti, deinde coxeris ad tertias. Poteſt tertium & quartum fieri decoctũ, ſi addideris rad. ℥. ij. Si tamen vino abſtinere non poſſit:

eo

eo saltem decocto vinum diluatur. At huiusmodi dosis, non est seruanda perpetuò, sed vel augenda, vel minuẽda pro virium & morbi magnitudine. Debétque decoctum huiusmodi quotidie vel alternis diebus parari: nã facilè acescit, viréscque amittit, si diutius seruetur.

Vnguentorum administrandorum ratio.

Cap. v.

QVinta pars huius affectus curandi, ad vnguenta sudores mouentia est referenda: in quibus non sunt ponenda quæ valenter siccant, nisi vlceribus laboret, quibus siccantia prosunt, sed sudores cohibent, qualia sunt præcipitatum, tuth. litharg. sed vsurpãda quæ mollium, laxant & leniter discutiũt, vt adipes, medullæ, butyrum, olea liliorũ, chamæm. anethi. amygd. laurinũ, lumbric. vnguentum resump. dialth. & similia cũ argento viuo: quod frequentissimè sum expertus etiamsi absque præparatione applicaretur, profuisse, modò eo rectè vtamur, hoc est iusta quantitate atque totius corporis perspecto temperamẽto & viribus ægri. Nõ improbo tamẽ illius præparationẽ ex aquis calfaciẽtibus & tenuantibus: imò verò puto potiùs ita esse præparandum, quàm cum aceto.

Quod

Quod verò nonnulli etiã doctiſſimi viri, illius vſum improbare conãtur, multis modis quæ ex eius vſu ſequuntur incommoda demonſtrantes, ea certè humoris potiùs acrimoniæ, aut eorũ qui vtuntur ignorantiæ tribuẽda exiſtimo, quàm mercurio. Multa enim ſunt medicamenta, quæ plurimam nobis vtilitatẽ afferunt, ſi rectè illis vtamur, contra verò iacturam maximam, mortémq; immaturam veluti opium, papauer, & alia. Aliorum tamen rationes refellere, aut contrarias in medium proferre mei non eſt inſtituti: ſed affirmare auſim eos, qui tantoperè mercurij vſum improbant, aut nunquam aut non vt decet illius periculoſum feciſſe, ſed vt vt ſit, ego tamẽ confirmo illius vſum me nunquam fefelliſſe, qui quamplurimos ab hac deteſtanda lue etiam inueterata (quæ hîc, ſi alibi vſquam eſt frequentiſſima) dei beneficio, liberauerim. Vt autem ad rem veniamus, poſt vniuerſales purgationes, poterunt ſudores hoc pacto moueri,

R. axung. ſuillæ lib. j. ping. gall. butyri recen. ſing. ʒ. j. olei chamæm. & lil. ſingu. ʒ. iiij. olei laurini & anethi ſingu. vnc. ij. thur. maſtich. myrrhæ ſingu. ʒ. s. argenti viui

viui ʒ. v. tereb. lotæ in aqua vitæ ʒ.iij. resinæ pini ʒ.iiij. misce, fiat vnguẽtum: quod erit doloribus profuturũ, si addas vnguentorum calidorum ʒ.iiij. aut plus minúsve pro doloris vehemẽtia, & styracis liquidæ ʒ. s. Proderit quoque tophis & scirrhosis tumoribus, si addideris gummi, bdellij ammoniaci, galbani, dissolutorum in vino albo & aquæ vitæ sin. ʒ.j. pingued. anseris, anatis & medul. cruris vituli sing. ʒ.ij. Vlcera verò iuuabit augẽdo dosim puluerum & addendo lithargyrum & cerusam vel minium. Vt tamen rem dilatemus, explicemúsque magis perspicuè, poterunt vnguenta sequentia singulis affectibus particularia parari. Primò quidẽ in morbo cum pustulis sine articulorum dolore.

R. radicum & foliorum enulæ camp. lapathi acuti, altheę, maluę, scabiosę, fumar. lupuli, rostri porcini, agrimon. bug. viol. sing. m̃. j. lentium, lupinorum & hordei parum contusorum sing. pug. ij. hellebori nigri triti ʒ.ij. sulphuris viui ʒ j. fiat decoctio pro balneo, quod ægrotus ingredietur vesperi, longè à cœna, postea in lecto sudabit & dormiet: manè verò vngetur sequenti linimento admodum vtili,

R,

R.rad.enulæ camp.& lil. alborũ ſing. ℥.j.s.ſummitatum abſynthij,lupuli, ſumar.ſcab.ſing.m̃.s.cicerũ, lentiũ,hord. ſing.pug.j.florum chamæm. melil.ſamb. ſing.pug.j.fiat decoctio,cape de col.℔. j.s.adde olei roſ.℥.ij.olei maſt.& laurini ſing.℥.iiij.butyri recen.℥.v.axung.ſuillæ ſalis expertis ℔.s.bulliant omnia ſimul ad decocti cõſumptionem,poſtea miſce thuris.maſt.myrrhæ ſing.℥.j.s. ſarcoc.& ceruſæ ſingul.℥.j.aluminis dr.vj.litharg. ℥.j.s.tereb.℥.iij. ſtyracis liquidæ ℥.x.argenti viui in ſucco limonũ extincti ℥.iij. vel plus minúſue pro ægrotantis viribus, agitentur diligenter in mortario marmoreo,fiátque linimentũ. Si dolor ſine puſtulis articulos & caput maximè afficiat,vtendum ſequenti,

R.axung.gal.anſeris & anatis ſingul. ℥.j.medul.cont.vituli & bouis ſing.℥.j. s.axung.ſuill.℔.j.hydrarg.in ea axũgia extincti vnc.v.vel vj.vel vij. pro viribus ægri,thuris,maſt.baccarum lauri ſing.℥. ij.ſarcoc.myrrh.ſing.℥.j.s.cinabrij dr.ij. euphor.℥.s.reſinæ pini ℥.ij.s.tereb.lotæ in aqua vitæ ℥.iij.ſublimati drac.j.s.olei lumbric.amurcæ,olei de lil.chamæm.& vulpini ſing.℥.iij.agitentur in mortario marmoreo, addendo ſtyracis liquidæ

℥.x.

ʒ.x. Si tophi in capite & vlcera magna cum carie oſſium, vel ſine carie in diuerſis corporis partibus, ſitque ægrotus debilis, ſolæ corporis partes extremæ ſunt vngendæ & adenes, atque à ſuperiori linimento cinabrium, ſublimatum & euphorb. ſunt detrahenda: miſcere autem poteris aliquid vnguenti reſumptiui & agrippæ, ac aliorum calidorum cũ bdellio & ammoniaco. Cùm verò adeſt dolor articulorum cum tophis, hoc vtitor,

R. rad. acori, enulæ camp. ireos, ebuli, alth. hermod. ſing. ʒ.j. beton. ſaluiæ, iuæ arthrit. ſingul. m̃. j. florum hyperi, ſtæch. ſing. pug. j. coquantur in ℔.ij. vini & col. miſce axung. ſuillæ ſalis expertis ℔.j. axung. gall. anſeris, anatis, medul. cruris vituli ſing. ʒ. j. vnguẽti agrippæ, martiati, dialth. ſing. ʒ.j.s. olei lumb. vul. de lil. chamæm. anet. laur. maſtic. ſingul. ʒ j.s. thuris, maſt. ſing. ʒ. j. myrrhæ ʒ.s. baccarum lauri ʒ.j.s. euphor. dr. ij. reſinæ pini in oleo lumbr. liquefactæ ʒ.iij. tereb. lotæ in vino albo vnc. ij. mercurij in aqua vitæ & ſaluiæ loti, exiccati, & axungia extincti ʒ.vj. ſtyrac. liquidæ ʒ.s. fiat vnguentum. vel,

R. axung. ſuil. ℔.j. opop. galb. ſagap. bdel.

bdel.diſſolutorum in aqua vitæ ſing.ʒ.j. reſinæ pini liquefactæ ʒ. iiij. olei rut.ʒ. ij.olei lumb.de ſpica, chamæm.laur.fin. ʒ.iij.vnguẽti dialth.ʒ.v.thur.maſt. myrrhæ fin.ʒ.j.euphorb.ʒ.s.cinab.ʒ.iij.hermod.ʒ.s.fiat linimentum.

Curatio per emplaſtra. *Cap.* VI.

AT qui vnctiones pati nolũt, poterunt vti cerato, vel emplaſtro Vigonij de ranis,quo poſt vniuerſales purgationes circunuoluentur omnes articuli,vel brachia & crura tota & in lecto aut domi ſe continebunt. Quod ſi pruritus naſcatur,fouendus locus vino decoct.roſ.chamæm.melil.& ſimiliũ,deinde applicandum emplaſtrum.Vis autem eorum ſi nimiũ fuerit imbecilla, vnam aut alteram vnctionem iis adiunges.

Curatio per pilulas mercuriales.

Cap. VII.

NOnnulli poſt purgationẽ vniuerſalem ſequẽtibus pilulis affectum curant,

R.rhab.ʒ.x.ſcammon.dr.iij.terantur, ſuccũ vel ſyrupum de limon.affundendo,argenti viui panno concluſi, vt granis minimis effluat vnc.ij.& ʒ.vj. extinguatur diligẽter eodem ſucco, cúmque ſatis extinctum & mixtũ fuerit, ſæpe de eod

eodem ſucco vel ſyrupo affundēdo adde farinæ triticeæ drac.ij moſci ʒ.j.fiant pilul.v.pro ʒ.diligenter deauratæ:nam aurum Dioſcoridi, mirificè hydrar.noxam reprimit,ſumat quotidie vnam,vj. horis ante cibum, illíſque triginta dies vtatur. Interea verò nullo alio vtatur medicamento nec cathartico, nec topico:ſed bis in hebdom. tantùm bibat aquæ fœnic.vnc.j.& aquæ vitæ vnc.s.

Alia curatio per potionem & vnguenta.

Cap. VIII.

ALij affectum inueteratum præſcripta victus ratione, ac purgationibus, ſequentibus potione & vnctione curant.

R. zinzib.nucis moſc. caryoph. pip. ſingu.ʒ.j.vini albi ℔.vj.macerentur horas xxiiij.& coquantur donec ad ℔.iiij. redeant:bibat ad nouem dies vel plures illius decocti ʒ.iiij.pro doſi ſingulis matutinis.

R.hydrar.ʒ.iij.olei laur. vnc.iiij.baccarū lauri vnc.ij.euphorb. aquæ ſaluiæ & vitæ modicū, vngantur extremæ partes corporis & ſpina dorſi proximè ignē manè & ante cœnam, poſtea ſudet.Eam autem curandi rationem in robuſtis, & pituitoſis non improbarim.

Vltima curatio per ſuffitus. Cap. IX.

POſtrema curandi ratio in ſuffitibus conſiſtit, quæ mihi parùm probatur: nõ enim poſſunt ſuffitus hunc morbum curare niſi vehementes fuerint, qui non poſſunt fieri ſine magno partium principum periculo, ac ſæpe inducunt ſyncopen ob ſpirituum reſolutionem, aut paralyſim aut conuulſionẽ. Cùm tamen reliqua medicamenta non profuerint, illis tandem vti poterimus in ſequentem modum, R. cinabrij ℥.s. thuris, maſtich. ſing. ℥.j. calami aromatici, zedoariæ ſin. ʒ.iij. olibani, ſandaracæ veræ ſin. dr.ij. ceruſæ vnc.s. excipiantur tereb. & fiant trochiſci pro ſuffitu.

R. cort. thur. ʒ.ij. maſtich. gũmi hederæ & iuniperi, ladani, hypoc. iſt. ſing. ℥.s. auripig. rubri vel citrini ʒ.iij. cinabrij ℥.j. excipiãtur tereb. & fiãt trochiſci. vel.

R. cinab. vnc.ij. ladani dr.ij. cort. citri ſicci vnc.s. ſublimati ʒ.j. thur. maſt. ſtyracis, calam. radicis dictãni veri ſing. ʒ.j.s. cũ debita theriacæ veteris quãtitate, fiant trochiſci põderis ʒ.j.s. qui viciſſim coniiciantur in carbones. Si verò fuerit fluxus humoris in pulmones, poterimus ſublimatũ detrahere & illius loco auripigmẽtum miſcere. Solis illis ſuffitibus con-

contenti erimus, vel poſt ſuffitum vngemus extremas partes, imbecillo vnguento, quo vtendum eſſe diximus poſt vſum gaiaci optimúmq; erit in vlceribus, quę cacoëthe dicũtur. Si poſt vnctiones ſuffitu vti velimus ad abſumendas morbi reliquias, detractis cinabrio & auripigmento, cardiaca miſcebimus, quæ vim incidendi, tenuandi, ac diſcutiendi habeant. Modus autem vtendi ſuffitu is eſto: Aeger nudus collocabitur ſub conopœo in ſedili, oculis clauſis ne ſuffitus tenuitate lædantur, & in vaſe ignis ex prunis luculentis, in quẽ coniicietur trochiſci ʒ.j. vel ʒ.j.ſ. pro viribus ægrotantis & indicationibus variis, ſi fumus valentior fuerit, paululũ caput educet, deinde reducet, ac ſi fieri poſſit moueatur ſudor, poſtea in lecto reclinetur æger, ac ſudet, fiátque ſuffitus manè ante cibũ, vel ſi virtus imbecilla, ſumpto tantùm oui vitello & tantillo vini, vel ʒ.ſ. diamarg. frig. vel modico cort. citri conditi. Vnguentis, vel emplaſtris, vel ſuffitibus erit vtendum, donec morbi materiem abſumptã putaueris; manè autem tantùm ieiuno ventriculo vnguẽtis vel ſuffitu vtẽtis, vel alternis tãtùm diebus, ſi æger imbecillior. Quòd ſi natura tar-

da ad expellendum & robuſta fuerit in fine, bis in die ſine periculo vngere poteris, vnges verò partes extremas, & adenes, ac ſpinam, cauebíſque regionem partiũ principũ, fiet autem vnctio proximè ignem, vel in lecto ſi æger imbecillior, non autem in thermis, vel hypocauſtis. Denique his notis materiã ſatis abſumptam deprehendes, dentes dolebunt, lingua intumeſcet, vlcera naſcentur in ore, ſaliua multa effluet, vlcera exiccabuntur, remittentur dolores, aderit laſſitudo ferè ad ſyncopẽ, diſtẽdentur nerui & aluus profluet, perſeuerandúmque erit in vſu eorũ medicamẽtorum, donec aliquid eorum ſubſequatur.

Quomodo occurrendum ſymptomatis.

Cap. x.

SYmptomatum, alia præcedunt, vt ardor vrinæ, bubones, vlcera pudendi, quæ etiam ſine morbo venereo accidere videmus, alia ſequũtur vt puſtulæ, vlcera in toto corpore, alopecia, alia ſuperueniũt ex imperfecta curatione, vt dolores fixi, nodi cum carie oſſiũ, vlcera omnis generis, herpes, maraſmus, & alij morbi varij, alia ſuperueniunt inter curandũ, vt oris inflãmatio, cũ vnguentis vtimur, aut ſuffitu, vlcera in ore excitan

tantur ob recrementorum tranſitū, potiùs quàm vi vnguentorū, niſi quòd hæc vehementiùs humores educant, decoctū verò gaiaci vel chinæ ſenſim. Quod autem id potius humoribus quàm vnguentis ſit aſcribendū, patet, nam multos videmus oris inflammatione laborare ante vſum vnguentorum.

Oris vlceratio.

Cui ſymptomati occurrimus ſi primis quatuor aut quinq; diebus vtamur gargariſmate ex iure pulli cum ſacch. Vel decocto hord. cū ſyrup. violaceo, ita vt ℔. decoctionis miſceantur ʒ. v. ſyrupi, tutum enim non eſt primis diebus vti repellentibus, nec medicamētis aluum mouentibus, quemadmodū nec nimium detergentibus ob dolorem, qui ſi ſuperuenerit, linietur gargariſmate ex lacte bubulo, in quo chalybs candens extinctus fuerit, vel ex muccagine altheæ, lactucæ, ſeminis lini, cum decocto hordei. Quòd ſi affectus vehemēs fuerit, impetus naturæ ſiſtendus eſt, tum clyſteribus acribus, tum repellentibus gargariſmatis dictis de vuulæ inflāmatione & oris vlceribus, emplaſtrum de maſtiche, vel contra rupturam collo & temporibus admouendum & capiti quæ ſiccant &

roborant ſuffumigia dicta de vlceribus oris, ac vlcera contingenda aqua ſublimata. Cucurbitulæ ſcapulis affigendæ, manè caput fricandum, deinde brachia, denique crura, aut grana aliquot foliorū auri, per ſe, aut in ſuis iuſculis, tranſglutienda, aurum enim vt antè dictum eſt ex Dioſco. noxam hydrarg. corrigit, aut parentur ſequentia garg. ad dentes roborandos, gingiuarum inflammationem tollendam, vlcera oris tum detergenda tum glutinanda.

R. piloſel. plant. ſummitatum oleæ, rubi, lētiſci ſing. m̄. j. liquir. ʒ. j. hord. pug. j. fiat decoctio ad ℔. j. in qua diſſolue mel. roſ. vel ſyrupi roſ. vel nymph. pro affectus magnitudine ʒ. iiij. ſucci mali punici ʒ. ij. fiat garg. vel,

R. piloſel. plāt. ſolani, capriſol. agrim. ſummitatū oleæ, rubi, mori, caudę equinæ ſing. m̄. j. fol. & baccarū myrti ſin. ʒ. j. licij drac. iij. nuces cupreſſi iiij. lentium pug. j. s. fiat decoctio in aqua chalybeata in col. ℔. j. s. diſſolue ſuccorū cydon. & roſ. ſingul. ʒ. ij. s. mellis roſ. vel diamorum ʒ. ij. aluminis ʒ. s. fiat garg.

Inteſtinorum eroſio.

Sæpe etiā accidit vt inteſtina ob humorū acrimoniā erodantur & excorien-

tur,

tur, vnde tormina & dolores intolerabiles oriũtur, cui symptomati sic occurrimus,

R. hord. integri ℔ b. s. mal. viol. sing. m̃. ij. fiat decoctio, & in ℔ b. j. dissol. vitellos duorũ ouorũ, ol. viol. ʒ. iij. pingued. capr. ʒ. ij. ol. ros. ʒ. j. s. fiat clyster, qui calẽs iniiciatur, ne cõcrescat pinguedo, ac diu agitetur & iterum atq; iterũ iniiciatur, si opus fuerit, hoc enim clystere bis iniecto, perpetuò symptoma profligaui.

Lipothymia.

Accidit etiam interdum lipothymia & vires nonnunquam adeo deiectæ, & prostratæ, vt se mouere nõ possint, huic autẽ symptomati prouidebimus, si ęgroto exhibuerimus iuscula ex vitellis ouorum, vel ex carnibus pullorum expressis cum cinamomo & nuce mosc. diamarg. frigidum diamoscum dulce, confectio Alcermes, & alia cardiaca etiam huic symptomati vtilia.

Ardoris vrinæ curatio.

Ardor vrinæ statim profligabitur, si fieri possit, nec audiẽdi qui dicunt profuturum esse, si diu perseueret, quod eos continuo fluxu à lue venerea præseruari putent, imò verò sæpe visum est eos in luẽ venereã prolabi propter venenũ,

quod humoris acrimonia augetur & partes principes conſcendit, vel in iis partibus generantur vlcera, quæ vix aut nunquam curantur. Proinde in aëre frigido & ſicco verſabitur ægrotus, vitabit omnia acria, ſalſa, flatulenta, vtetur vino tenui & oligophoro, vel aqua: in lecto plumeo non dormiet, à venere abſtinebit. Omnes animi affect⁹ vehementes fugiet, corpus moderatè exercebit. Purgationibus vtetur pro humorũ dominio, in quibus maximè vitanda diuretica, & medicamenta valentiora, quæ ſcammonium recipiunt, niſi timeamus luem veneream, ſed potiùs refrigerantia & mollientia exhibenda. Itaque mal. cichoriũ, end. hord. ſemina frig. liquir. paſſulæ, dactyli, myrob. citrin. & inde, ſyrupus viol. & de nymph. flores tres communes erunt ex vſu & frequentes iniicientur clyſteres ex decocto maluæ & caſſia. Prodeſt rarò venæ ſectio (niſi adeſſet plethora) maximè cum eſt ſympto ma venerei morbi. Sed purgato corpore vtemur emulſionibus ſequentibus, vel ſimilibus,

R. quatuor ſeminũ frig. maiorũ mundat. ſin. ʒ. ij. granorũ pini & amygd. dulc. mundat. ſing. ℥. ſ. aquarũ portul. & plant. ſing.

fin.ʒ.ij.aquæ rof.ʒ.j. decoctionis liquir. ℔.j.facch.albi & ſyrupi viol.ſing.ʒ. j. s. fiat emulſio, qua vtatur manè & veſperi ante cœnam.

R.emulſionis quatuor ſeminum frig. maiorum extractæ cum aqua hord. ℔.j. ſyrupi viol.& de iuiubis ſing.ʒ. iij. vtatur quotidie manè, ac iteretur.

R.liquir.raſæ & paſſul. mundat. ſing. ʒ.s.ſeminis lactucæ, pap.albi, hyoſc. acetoſæ ſing.ʒ.j.ſeminis mal.biſmal. cucū. ſing.ʒ.s.fiat decoctio in aqua parietarię ad quart.iij.in col.diſſolue ſyrupi de limon.& viol.ſing.ʒ.j.diamarg.frig. ʒ. ij. miſce & vtatur vt antè. Poſſunt etiam ſemina frigida teri cū ſero lactis & addi trochiſci alcecēgi, ſacch.& ſyrupi dicti. Poſſunt etiam prędcribi ʒ.ij.tereb.venetæ lotę in aqua end.donec acrimoniam dimiſerit, cū puluer. liquir.ʒ.iij.& rhab. ℈. ij. ex quibus formabuntur orbiculi ſumendi in pane azymo, deinde bibet aquę parietarię ʒ.iij. Confert etiā vſus caſſię ſumptę horam ante prandium.

In topicis primò vtetur leuiter detergētib.veluti decocto hord. cū melle, vel ſyrupo viol. vel ſero lactis cū ſaccharo. Quòd ſi dolor adſit vehemens, vtetur muccaginib⁹ ex ſemine mal.lact. pſyllij,

lini, cydon. extractis cũ aqua caprifolij: cuius succ⁹ creditur vrinę ardorẽ & gonorrhœã curare. Iniiciatur autẽ per catheterẽ ęgro supinè existẽte, vt facilius iniectio ad parastatas pueniat. Quod si opus fuerit maiore absterſione, ſic fiat,

R. aquæ plant. & rosſ. ſing. ℥. iij. vnguenti ægyptiaci ʒ. j. s. albumen vnius oui, dissoluãtur simul & fiat iniectio duobus diebus. Deinde vtatur siccantibus magis citra acrimoniam: quale est sequens,

R. aquæ plant. ℥. iij. aquæ rosſ. ℥. j. troc. alborum rasis ʒ. j. dissoluantur & fiat iniectio post detersionẽ: potest addi emulsio ex seminibus frigidis extracta cum aqua rosſ. Proderunt etiam troc. à Gordon. descripti, cap. de vlceribus vesicæ, & in lacte dissoluti, vel in aqua aluminosa superiùs dicta. Dum verò hæc fiũt regio renum & perinæum sunt vngenda cerato santal. vel infrigidante Galeni ex caphura, vel simili.

Bubo venereus.

Bubonis venerei curatio iam tradita est, quemadmodum vlcerum pudendi. Verùm quia vlcera omnis generis sequũtur hunc morbum, præscriptis vniuersalibus, recurrendum erit ad singulorum vlcerum curationem iuxta eorũ naturam.

naturam. Hoc autem summè notãdum: nunquam vtendum vnctionibus vel decoctis, nisi vlcere priùs absterso. Præterea argẽtum viuum vnguentis & emplastris miscendum.

Quomodo tophis medendum.

Tophi seu nodi curantur ad morbi curationem, si sine ossium carie fuerint, cum topicis sequentibus quæ molliunt & sensim resoluunt: itaque curationem scirrhi ferè recipiunt, nisi quòd argentum viuum perpetuò addimus, ad tophos ergo & dolores præscribitur fotus, vnguenta, cataplasmata, cerata & emplastra, vt sequitur,

℞. rad. acori ʒ.ij. cyperi, calami arom. sing. ʒ.j. fol. beto. melis. primulæ veris, iuæ arthrit. sing. m̃. j. fœnug. ʒ.j.s. florum vtriusq; stæchanthos, sambuci chamæ. melil. sing. pug. ij. coriandri ʒ.j. fiat decoctio in aqua & vino albo, ac foueatur locus.

vel,

℞. rad. ebuli, cucum. agrest. enulæ cãp. bryoniæ, cyclam. alth. sin. ʒ.iij. mal. viol. brãcæ vrs. matricar. sin. m̃. j. florũ cham. melil. sambuci sing. pug. j. caricarũ pinguium par. v. fiat decoctio in vino albo & iure capitis & intestinorum ac pedum veruecis, & eo decocto foueto locum:

deinde

deinde rad. & herbæ terantur, quibus adde ſeminis lini & fœnug. ſingul. ʒ.iij. axung. ſuillæ recẽtis ʒ.vj. pingued. gall. anſeris, anatis & medull. cruris vituli ſing. ʒ.ij. butyri recen. & œſypi ſing. ʒ.j. ſtyrac. liquidæ ʒ.x. fiat cataplaſma. Poſt vſum fotus, vel cataplaſm. proſunt ſequentia,

R. litharg. auri ʒ.iiij. ceruſę ʒ.ij. amurcę, olei de lilio, chamęm, ſambuc. irini & lumb. ſing. ʒ.ij. olei antiqui ʒ.iij. macerentur noctem, bulliant ad craſſitiem: poſtea adde bdellij & ammoniaci diſſolut. in aceto ſcyl. vel oleo ſeſamino ſing. ʒ.j.s. cúmque ab igni ſubduces, adde argenti viui in axung. ſuilla extincti ʒ.iiij. pulueris iridis, hermod. ariſtol. rotũdæ, enulæ camp. ſing. ʒ.ij. fiat maſſa. vel,

R. maſſæ emplaſtri filij Zachar. & diachyl. ireati ſing. ʒ.j. emplaſtri de Vigo ʒ.ij. ammon. in aceto ſcyll. diſſoluti ʒ.j. vel s. & cum oleo de lilio fiat maſſa. vel,

R. ammoniaci, bdellij. galbani in aceto ſcyl. diſſol. ſing. ʒ.j. adde muccaginis, ſeminis lini, fœnug. althęæ, ſin. ʒ.s. litharg. ʒ.ij. bulliant donec cerati conſiſtentiam habeant, ſemper agitando: poſtea miſce emplaſt. diachyl. ireati & de melil. ſing. ʒ.iij. emplaſtri filij Zachariæ, & apoſtolici

lici chirurgici ſingul. ʒ. j. s. olei laur. ʒ. ij. cupho. ʒ. s. thur. maſt. ſing. ʒ. iij. hermod. ʒ. ij. tereb. lotæ in aqua vitę ʒ. ij. s. mercurij extincti ℔ s. fiat maſſa empl. vel,

R. rad. alth. & bryon. coctarũ & piſtarũ ſing. ʒ. j. axung ſuillæ recen. ʒ. j. s. pingued. gal. anſeris & anatis ſing. ʒ. s. medul. cruris vituli ʒ. ij. ol. lumb. liliorum, & de vitel. ouorum ſing. ʒ. s. ſtyracis, calamitæ ʒ. j. s. gummi arab. ʒ. ij. bdellij & gummi hederæ ſingul. ʒ. j. s. terebinth. ʒ. iij. cœſypi ʒ. vj. emplaſtri de Vigo ʒ. ij. emplaſtri de melil. & diachyl. ireati ſin. ʒ. j. mercurij in ſaliua hominis ieiuni extincti ʒ. ij. miſce & manib⁹ lotis aqua vitæ, fiat emplaſtrum. Si autem eorum medicamentorum vim augere velis, locus priùs erit vngendus, ſequenti linimento,

R. axung. ſuillæ ʒ. vj. mercurij in ea extincti ʒ. iiij. euphor. ſtaphyſagriæ ſing. ʒ. j. s. helleb. albi ʒ. s. ſacc. ʒ. iij. caph. ʒ. ij. olei de tereb. ʒ. iij. fiat vnguentum, quo vngatur locus affectus ante vſum empl. Quòd ſi iis tophus non cedat, indicium erit cariei in oſſe: tũncq; nouacula erit vtendum óſque radẽdum, vel applicandum cauterium: cuius vſum, vide ca. de vlcere cum oſſis corruptione.

Herpetis

Herpetis curatio.

Ex imperfecta curatione interdum accidunt herpetes, quorum curationem superiùs tradidi: maximè verò habēda ratio hepatis, ac loci affecti. In topicis, emollientibus, deinde valde siccantibus vtendum: fiat itaque fotus ex rad. lapathi acuti, bryoniæ, althææ, ex mal. viol. pariet. brancа vrsina, ficubus, seminibus lini & fœnug. floribus chamæm. & melil. simul coctis. deinde,

R. succi rad. oxylapathi, succi elenij sing. ʒ. ij. aloës ʒ. s. sublimati ʒ. ij. aceti scyll. ʒ. s. olei de tartaro modicum, fiat linimentum: vel si hoc non profuerit, vtere sequenti,

R. succorum oxylapathi, elenij, ari sing. ʒ. j. olei de tartaro ʒ. j. s. argenti viui in succo limonum extincti ʒ. iij. sublimati ʒ. ij. aloës ʒ. j. s. misceantur cum axung. hirci & ʒ. iij. terebinth. lotæ in aqua vitæ, ac fiat linimentum, quo liniantur loca serpigine laborantia, manibus aut pedibus ita oblitis, mox excipiatur in sella pertusa fumus suffiti: postremo in lue venerea descripti ad ʒ. ij. aut ʒ. s. eas partes optimè cooperiendo. Deinde in lectū se recipiet aut cubiculum non egredietur, neque particulari-

bus

bus illis vtetur nisi corpore probè vacuato vniuersalioribus, ac si expedit. vsu gaiaci. Proderit quoque aqua sublimata capit. de vlceribus malignis descripta.

Alopeciæ sanatio.

Alopecia ex morbo venereo curabitur victus ratione purgationibus dictis, vnctionibus & roborantibus. Post purgationem vtendum sequenti balneo,

R. rad. & fol. enulæ camp. oxylap. alth. maluæ sing. m. ij. rad. lil. ℔ .s. rad. ebuli pedis columbini sing. ʒ. iij. viol. brancæ vrs. fumar scab. sing. m. ij. seminis melonum & rapha. sing. ʒ. j. s. seminis lini & fœnug. sing. ʒ. ij. florum chamæm. melil. viol. ros. nymph. sing. pug. j. fiat decoct. pro balneo. à balneo prodest vnguẽtum vniuersale sequens,

R. axung. suillæ recentis ℔ .s. mercurij in ea extincti ʒ. iij. vnguenti citrini ʒ. ij. litharg. ceruse sing. ʒ. j. tereb. resinę pini sing. ʒ. ij. thur. mastic. sing. ʒ. j. tartari ʒ. iij. staphysa. ʒ. j. s. styracis liquidæ ʒ. ij. ol. ros. ʒ. iiij. ol. chamæm. laur. sing. ʒ. ij. succorum lapathi acuti, scabios. limonum singul. ʒ. j. fiat vnguentum ex arte. Post vsum vnguenti roborandæ partes internæ hoc modo,

R.

R. conſeruæ rad. bug. conſer. roſ. ſing. ʒ. j. conſer. viol. florum cichorij ſing. ʒ. s. elect. diamarg. frig. & diarhod. abb. ſing. ʒ. s. diatragag. ℈. iiij. cum ſyrupo conſeruationis myrobal. embelit. fiat opiata: qua vtatur quater in hebdom. cum aquis bug. & fumariæ. Iuuabit etiam opiata ſequens, de qua bis in menſe ſumatur, vt paulatim vitioſi humores repurgentur.

R. cathol. ʒ. j. s. tamarind. cū aqua end. extractorum ʒ. x. diaſennæ ſolut. & conf. Hamec. ſin. ʒ. ij. s. rhab. puluerisati ℈. iiij. cinamo. grana v. caſſiæ ʒ. ij. ſyrup. roſ. ſolut. quantum ſuff. fiat opiata: de qua capiat ʒ. j. vel ʒ. x. bis in mēſe, per ſe, vel cum aqua bug.

Quomodo à recidiua præcauendum.

Poſteaquam ægrotum ab huiuſmodi lue venerea curaueris, cauendum ne ex reliquiis humoris maligni in eandē relabatur. Quod optimè fiet ſi ſuperiora quæ cordi, hepati, vētriculo robur addūt ei præſcripſeris: aut ſequentē, aquā, quæ humoris reliquias abſumit, ſi illius ʒ. iij. vel iiij. manè & ſerò exhibeātur.

R. ſcopis ligni gaiaci ℔. j. ther. veteris ʒ. ij. conſeruæ roſ. borag. & bugl. ſing. ʒ. iij. conſer. elenij & anthos ſing. ʒ. j. poly-

pod.

pod.querc.ſantali albi & roſſingul.ʒ.ij. pulueris elect.de gemmis & lætitię Gal. ſing.ʒ.ij.macerentur horas xxiiij.in ℔. ix.vini albi & totidem aquæ puriſſimæ, diſtillentur in vaſe duplici ſuper cineres calentes: poſtea adde cinamomi & facch.quantum ſuff.ad ſaporis gratiam. Proderunt etiam ſequentia in purgationibus.

R.confect.hamec,diaſennæ ſolu.ſing. ʒ.j.elect.de citro ſolut. ʒ.s.carhol. ʒ.ij. caſſiæ quart.s. rhab.ʒ. ij. cinamomi ℈.j. ſyrupi viol. quantum ſufficit, fiat opiata:de qua capiat quater in menſe ʒ.j. Potes etiam vti in eadem conficienda tripher.perſica, diaphæn. indo, diacart.

vel,

R. turbit. albi præparati, agar. troc. hellebori nigri ſingu.ʒ.j.s.polypol.ʒ.iij. zinzib.mithrid.ſingu. ʒ.iij.diagrid.ʒ.j. cinamomi, charyoph.ſingu.℈. ij. galangæ,pip.longi, nucis moſc.cubeb.ſpicæ ſing.ʒ.s.ſacch.quantum ſuff. fiant morſuli.vel ſyrupi quãtum ſufficit,fiat mixtura:de qua dabis ʒ.s. vel plus minúſue vt videbitur.

vel,

R.polypod.querc.& medullæ ſeminis cart.ſing.ʒ.j.ſennæ orient.ʒ.j.s.tamarin. ʒ.vj.prunorum dulc par.vj.cort. myrob.

citrin. cebul. indarum ſing. ʒ. j. fiat decoctio in æquis partibus aquarum. bugend. lupuli: & col. miſce. rhab. ʒ. ij. ſpicæ grana vij. agar. troc. ʒ. ſ. lapidis lazuli præparati ℈. ij. diaſennæ ʒ. j. hermodact. ʒ. ſ. diarhod. abb. & triaſant. ſingul. ʒ. ſ. ſacchari quantum ſufficit, fiat elect. in tabellas ponderis ʒ. ij. ſ. vel,

℞. pilul. de hiera. ʒ. j. ſ. pilul. cocc. ℈. iiij. aggregat. maiorum ℈. ij. agar. troc. ʒ. j. cum ſyrupo de ſtæch. fiat maſſa: formentur pilul. vj. pro drac. capiat quater in menſe. Proſunt quoque pilulæ aſſaiaret, de fumaria, ſine quibus, de agar. de hermodact. de ſagapeno.

FINIS.

IN

INDEX AF-

FECTVVM REME-

DIORVMQVE ME-

MORABILIVM.

Abſceſſus phlegmaticus. 78
Abſceſſus gracilis radicis. 86
Achores ſeu tinea. 347
Adenum tumor. 152
Acetum podagricis vitandum. 402
Angina. 145. & 149
Anginæ an ſtercora canis aut pueri proſint. 149
Anthrax & carbunculus. 28
Aqua ſtillatitia arthritidi vtilis. 405
Aurium vulnera. 283
Aqua ſordidis & corrodentibus vlceribus conferens. 325
Articulis inſidens materia nunquam intro retrahi poteſt. 398
Arthritis à materia calida. 397
Arthritis à pituita & bile. 401
Arthritidis præcautio. 406
Atheroma. 86
Aurium vlcera. 257
Axillarum vlcera. 259

Axillarum tumor. 172
Balſama arte confecta. 224
Balſamum Meſuæ & Guidoni vſurpatum. 306
Baſilicon autoris. 229. & 247
Brachiorum vulnera. 286
Bronchocele. 152
Bubo non peſtilens. 171
Bubo venereus 201. & 443
Callos fracturarum minuentia. 384
Callum indecentem frangendúmque emollientia. 385
Cancer tumor. 96
Cancer vlceratus. 340
Capitis vulnera. 260
Capitis vlcera. 346
Carbunculus. 28
Caries profundior vt educenda. 319
Caries medullam oſſis pertingens. 320
Caſeus veruſtiſſ. arthritidi confert. 406
Cauterium carioſo oſſi non nimis imprimendum. 319
Cauſticum potentia. 32. & 328. & 332
Cicatrix medicamenti ope, non naturę, inducitur. 230
Cicatricē inducentiū duplex genus. ibi.
Cicatrices deformes polientia. 233
Cicatrices dealbantia. 234
Chiragra pituitea. 173.

Clyſter acris reuell. 140.& 150
Clyſter molliens. 16.17
Coagula ſanguinem coneretum diſſoluunt. 144
Colli vulnera. 284 Combuſtio. 344
Combuſtioni conferens vnguentũ Aëtij. 345
Confectio liberantis. 161
Conuulſio. 299
Cranium modiolo non temerè pertundendum. 268
Crurum vulnera. 245
Cubiti vulnera. 287
DElirium impedientia. 248
Durities antiquæ. 388
ELectua.de ouo. 161
Elect.de nucibus. 162
Elephantia quid. 214
Emplaſtr.macedonicum Aëtij. 27
Emplaſt.ad omnẽ tumorem durum. 84
Emplaſt.ſiſtẽs capitis defluxũ.143.& 357
Emplaſt.de ceruſa. 232
Emplaſt.craniũ depreſſum releuans.166
Emplaſt.de Centaurea. 268
Emplaſt.rubrum Græcũ ex Gale. 197
Enterocele,epiplocele. 207
Epiploi reſtitutio. 294
Eryſipelas. 48
Euacuationes contrariæ nõ ferendæ.422

Euphorbium quãdo non mordicet. 254
Femorum, tibiarum & pedum vlcera. 377
Ferulæ poſt fracturam reductam, initio circumponendæ. 381
Fiſtula. 336
Fiſtula helleboro non temerè implenda. 347
Fiſtula lacrymalis. 350
Fiſtula ani. 371
Fiſſuræ ani aliarúmque partium. 376
Fœnugræ. mucilago remedium eſt arthritidi efficax. 404
Fracturæ. 378
Fracturarum reducendarum modus. 379
Fractura cum vulnere. 383
Fugilla Arabum. 172
Furunculus. 27
Angræna. 36
Ganglium. 84
Genuum tumor. 212
Gingiuarum tumor. 139
Glandulæ & nodi capitis. 104
Glutinatoria aqua. 223. & 323
Gaiaci vſus in malignis vlceribus præſcribitur. 321
Epatis vulnus. 296
Hepar roborantia ex Raze. 375
Hernia aquea & flatuoſa. 206

Herpes exedens. 52
Herpes miliaris. 57
Herpes manuum ex lue venerea. 58. 59
Hemorrhoides. 370
Humerorum vulnus. 285
Hydrocephalos, id est, aqua in capite pueri. 101
Hydrops ascites. 184
Hypofarca. 192
Hydrops tympa. 193
Hydrargyri vsus nunquam dextrè vtentes fefellit. 428
Hydrargyri noxam aurum reprimit. 433
Hypersarcosis. 315
INguinum vlcera. 359
Intestinorum vulnera. 292
Abiorum vulnera. 283
Lac concretum. 177
Lienis vulnus. 295
Ligaturæ arctioris vnguentum dolorem prohibens. 385
Luxationes. 392
Luxata non prius reducenda, quàm dolor cessauerit. 394
Luxatio cum vulnere. 395
Luxata quæ tutò reponantur ex Hippocrate, ibid.
Luxatio quando à phlegmone est libera. ibid.

Luxatio cum fractura. ibid.
MAmmarum tumor. 176
Medicina optima quæ ſit interdum. 283
Meliceris. 86
Millefoliũ cum vino necat vermes. 344
Morbus venereus. 414
Morbus hic curatur aqua philoſophica. 419. ligno indico. 420. china radice. 426. vnguentis. 427. emplaſtris. 432. pilulis ex hydrargyro. 433. potione & vnguẽtis ſimul. ibid. & ſuffitibus. 434
Morbo venereo affectis, quæ diæta. 424
Diæta breuior cũ vnctione, hîc præſtat ſoli diætæ. 425
Morb' venereus vbi frequẽtiſſimus. 428
Morbo huic cum puſtulis vnguentum & balneum. 429. ſine puſtulis cum artuum & capitis dolore vnguentũ. 430
Morbi venerei ſymptomata oris vlceratio. 437. inteſtinorũ eroſio. 438. Lipothymia: ardor vrinæ. 337. 439. tophi. 442. herpes. 447. alopecia. ibid.
Morſus animalium. 242
NAſi vulnera. 281
Naſi vlcera. 351
Nerui punctura. 247
Nerui punctura linimentũ mirabile. 251
Nervus cæſim vulneratus. 251

Neruus contuſus. 254
Nodi duri ſeu tophi articulorum. 405. & 430
Oculorum vulnera. 280
Oculorum vlcera. 350
Oedema. 60
Oeſophagi vulnus. 284
Oleum de ranis. 100
Os coronale exciſum. 107
Ophthalmia. 107.115
Oleum de myrrha. 234
Oſſis vulnus. 256
Oleum vulneri à machinis bellicis perutile. 258
Oleum terebint. ipſáque terebint. conuulſionem remorantur. 285
Opiata ſopiens ſenſus. 41
Oris vlcera. 354
Oris vlcera à morbo venereo. 355
Palati tumor. 139
Palati vlcera. 357
Paralyſis. 304
Parotides. 121
Paronychium & panaris. 174
Pectoris vlcera. 260
Pectoris & partium intercoſtalium inflammatio. 181
Pectoris tumor frigidus. 183
Penis tumor. 211

Penis fordido vlceri succus centaur. cũ melle vtilis. 529
Pestis præcautio. 157
Pestilens febris. 165
Phlegmones curatio. 15
Phyma. 156
Pilorum generatio. 285
Pilosellæ succus cum vino & melle auris vlcera sanat. 356
Polypus. 123
Psora & lepra. 409
Pudendi vlcera. 362
Puluis stomachum roborans. 408
QVartanæ febri vnctio spinæ ex theria. veteri, & aqua vitæ plurimũ prodest. 305
ROtunda vlcera in aliã figurã transformanda. 377
Rectissima figura quæ sit Galeno. 382
SAl affrictus arthrit. præcauet ex Oribasio. 498
Sanguinis profluuij retentio. 220
Sanguinis sub cute effusio, quæ ecchymosis dicitur. 237
Sarcoticorum triplex ordo. 228
Sarcoticum vnguentum. 361
Scabies. 409
Scabies puerorum. 413
Scirrhus verus. 88

Scirrhus exquisitus. 94
Scirrhus hepatis. 144
Scirrhus lienis. 196
Somnus conciliatur felle leporino. 298
Sphacelus. 36
Steatoma. 86
Strumæ. 80
Syncope. 306

TEstium & scroti inflammatio. 203
Testudo seu talpa. 104.105
Tibiarum & pedum tumor, elephãtiam vocant. 214
Tibiarum vulnera. 295
Thoracis vulnera. 287
Thoracis sectio vbi facienda. 289
Thoracis vulnus mirabiliter curatũ. 291
Tracheiæ arteriæ vulnus. 284
Trochisci de arsenico. 374
Trochisci Andronij. 358
Tumorum vniuersalis curatio. 14
Tumor flatuosus. 70
Tumor aqueus. 74
Tumor aurium. 117
Tumores nasi. 125
Tumor à secta vena. 172
Tumor ani. 199
Tussim quæ minuant. 291

VArices. 215
Ventris inferioris vulnera. 293

Ventriculi vulnus. 295
Ventris inferioris vlcera. 362
Verberatis remedium. 239
Verruca linguæ. 86
Vlcerum vniuerſa curatio. 308
Vlcus cum intemperie. 310
Vlcus cum dolore. 311
Vlcus cum tumore. 313
Vlcus contuſum. 314
Vlcus cum carnis excreſcentia. 315
Vlcus decolor cum duris labiis. 316
Vlcus cum varicibus. 317
Vlcus cum oſſis carie. 317
Vlcera cacoëthe. 321
Vlcus virulentum ac depaſcens. 324
Vlcus ſordidum ac putre. 329
Vlcus ſinuoſum. 333
Vlcus verminoſum. 344
Vlcerum particularium ſanatio. 346
Vlcera tibiarum & pedum. 377
Vmbilici procidentia. 198
Vnguentum omnibus tumoribus frigidis vtile. 68
Vteri vlcera. 366
Vulnerum curatio. 217
Vulnus ſimplex in carne. 222
Vulnus profundum. 226
Vulnus cauum cum ſubſtantiæ interitu. 227

Vulnus repletum. 230
Vulnus contuſum. 235
Vulnus à tormentis bellicis. 257
Vulnerum particula. curatio. 260
Vulnera capitis dubia, etiã poſt 40. dies. 267.
Vulnera faciei. 279
Vulnus iugularis venæ. 284
Vulnus ſpinæ lethale. 285
Vulnerum ſymptomata. 296
Vuulæ inflammatio. 180
Vuulæ relaxatio. 144

FINIS.

UNIVERSIDAD CENTRAL * BIBLIOTECA * DE LA FACULTAD DE MEDICINA

QVI IN HOC OPERE CITANTVR AVTHOrum nomina.

Hippocrates
Ariſtoteles
Archigenes
Dioſcorides
Galenus
Oribaſius
Aëtius
P. Aegineta
Imperator Maximilianus
Cor. Celſus
Auicennas
Meſue
Rhazes
Zachar. filius
Rogerius
Nicolaus
Gordonius
Vigonius
Guido
Tagautius
Raymundus Vinarius.